RATIO

ET FORMA

PVBLICE ORANDI DEVM, ATQVE ADMINISTRANDI SACRAMENTA, ET CAET.

IN ANGLORVM ECCLESIAM, quæ Geneuæ colligitur, recepta: cum iudicio & comprobatione D. Iohannis Caluini.

I. COR. III.

Fundamentum aliud præter id quod iactum est, nemo potest ponere, quod est Iesus Christus.

GENEVÆ,

APVD IOANNEM CRISPINVM,

M. D. LVI.

Harvard College Library
Treat Fund
February 14, 1944

RERVM NOTATIO QVAE *in hoc libello habentur.*

1 Confeſsio Chriſtianæ fidei.
2 De conſcribendis Paſtoribus, Senioribus & Diaconis.
3 Miniſterii conuentus, vnaquaque quarta die hebdomadæ.
4 Formula interpretandi Scripturas, prima ſeptimanæ die obſeruata.
5 Confeſsio totius Eccleſiæ nomine paulò antè concionem habita, ac temporib. accommodata.
6 Altera ad omnia temporum & ordinum momenta pertinens.
7 Preces à concione, ad vniuerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ commodum factæ.
8 Ratio adminiſtrandi Baptiſmi, ac Cenæ Dominicæ.
9 Modus inſtituendi matrimonii.
10 De viſitandis ægrotis.
11 Ratio efferendi funus.
12 De diſciplina Eccleſiaſtica.

Gratiam & miſericordiam vobis à DEO PATRE, QVI VEL IN Anglia, vel aliis locis degentes, Chriſtum Ieſum ex animo colitis.

NVLLA res eſt, aut fuit vnquam, viri fratres, vniuerſo hominũ generi ac ordini notior, licet minus quidem à ſingulis, quàm pro rei magnitudine decebat, lætanter accepta, quàm incredibile illud, ac poſt homines natos præclariſsimum in Angliam noſtrã poſtremis hiſce temporibus Dei beneficium: quibus [1] idololatriæ tenebris diſiectis, nos in ſuauiſsimam Euangelii ſui lucem ac libertatem vindicauit, éxque alienigena populo, ſuum populum, ſanctum ac ſibi gratum effecit. Nam vt ex tanta varietate pauca quædam cõmemoremus, Regem cuiuſmodi? quàm pium, quámque doctum, prudentem, moderatum? quanto denique veræ religionis ardore, præ aliis omnibus in eo præſertim dignitatis gradu conſtitutis accenſum nobis contulit? Euangelium verò tam latè patebat, quantum regni ſui pomœria ac ditiones prouehebantur. Veruntamen nec populi inſcitiam atque ignauiam, quòd non habebat vnde diſceret, excuſare: nec miniſtrorum diligẽtiam, quaſi ſtrenuè officio perfungerentur, vehementer probare licuit. Nam vterque ſanè in vitio fuit, vt non immeritò ad nos illud pertineat, quod apud I-

1 *Oſe. 2.d* *Rom. 9.e* *1. Petr. 2.b*

ſaiam Domin' Iſraeli expróbrat, [2] Expandi manus
Eſai.65.a. meas quotidie ad contumacem contradicentémque populum, quem ſua ſolius conſilia & inſtituta
Rom.10.d delectãt. Vbi enim integritas, vbi fides, aut religio erat? Annõ quiſque viã ſuam corruperat? à [3] ſummo, ad infimum: ab imis vnguibus, vſque ad verti-
Eſai.1.b. cem nihil ſanum, nihil integrum, aut rectum. Nam
Hier.2.b. ſiue eos reſpicias, quorum alios & ſermone ſaluberrimo, & vitæ exemplo inſtituere interfuit: ſiue quos doctorum hominum conſiliis obtemperare oportuit mores conſideres, ſummam vndiquaque diuini verbi non modò negligentiam, ſed contemptum etiam & faſtidium vidiſſes: nec propius verò quicquam fuit, quàm ſi vel tantillum vindictam ſuam procraſtinaſſet Dominus, vt in hanc Anathetorum contra Hieremiam ſententiam omnes conſpiraſſemus, [4] Caue poſthac hoc ſermonis genere
Hie.11.d aduerſum nos vtare. Atque vtinam hoc noſtrum ſcelus, ac immane dedecus, tam nobis concederetur deplorare, aclachrymis eluere, quã propriæ miſeriæ ſenſu labefactati, ſolitæque beneficentiæ penuria incitati, culpã agnoſcamus? [5] Hæc enim dies,
Luc.19. hec illa dies iuſtam mœroris cauſam affert, quum
Leu.26.c. Dominus illas pœnas, quas iam pridem [6] denun-
Deu.27. 28.30. ciauerat, de nobis repetitũ venerit. [7] Falſos ſiquidem vates mendaciiſque inſtructos emiſit Deus,
1.Reg. 22.c qui Angliam à fide abducerent, ac præſtigiis miſe-
2.Chro. 18.c. ros homines obſtupefacerent. [8] Famem etiam tam prodigioſam verbi ſui excitauit, vt homines licet
Ezec.14.e ab vna ora maritima ad alteram vſque latranti ſto-
Amos.8.d macho alimentum quærant, tantùm abeſt vt paſtum inueniant, vt ad corporis ſimul & animi perni-

nitiem, se pestilentissimo illo Antichristi fermento ingurgitent.

Nostrum est igitur, fratres, anteactæ vitæ [9] pænitentiam agere, nósque totos luctui, ieiunio, & orationi dedere, quò tandé aliquando ad Dominum conuersi, cum illo in gratiam citò redeamus. Non est enim noster Deus is, qui sanguinis expetés, sine sanguine expleri non possit: sed longè secus, peccatoris scilicet mortem ægre ferens, vitæ tantú emendationem desiderat: vltrò se omnibus exponens, qui angustiis aliquibus afflicti alleuationem cótra ærumnas suas efflagitant. Et quemadmodum clemens aliquis pater atque benignus omnib.[10] reme diis liberorum saluti prospectum cupit: ita lenissimus pater ac Dominus noster, non asperioribus illis flagris ad necem cædens, sed leni ac paterna manu ad meliorem frugem nos inuitans, nullum non pharmacum adhibet, quo tandem mali nostri vim depellat.

Nolite igitur animos[11] obfirmare vestros, néue ad præfractorum Iudæorum exemplum Deum tentate, quos idcirco propter non ferendam illam contumaciam Dominus gladio, fami, pesti, tãquam omniú crudelissimis hostibus tradidit. Non enim patietur Deus se[12] eludi, sed veluti [13] ignis edax ex æquo hostes suos, tam qui callidè simulãt, Deúmque ex suo cerebro metiúntur, quàm qui præfractè illius fortitudini resistút, interimit. Quum enim aut non animaduertunt astuti homines, Deum minimè placari posse huiusmodi portentis, aut potius se in ipso meridie cæcutire fingunt, quid aliud faciunt, quàm æternas pœnas sibi cógerunt in diem iræ,

9 Ioel 2.c. Psal. 68. Ion. 3. d. 4. a

10 2. Chro. 36. c. Esai. 5. a. Prou. 3. Hebr. 12. b. Apoc. 3. d.

11 Heb. 3. b. Psal. 94. c.

12 Gal. 6. b.

13 Deut. 4. d. Heb. 12.

14 Rom. 2. a. Iacob. 5. a.

quæ quidem paululum iam accensa vires colligere
15 videtur, atque latius serpere ad ipsorum omnium
Heb. 9. a. interitum, qui cùm intelligant Christum 15 semel,
Rom. 5. b. 1. Pet. 3. c. idque abûdè pro peccatis totius mundi satisfeciſſe, nihilominus aut mente, aut lingua, aut gestu, cum iis consentiunt, qui saluberrimam eius mortem non solùm violant, sed etiam in nihilum redi-
16 Heb. 6. a, 10. c. gunt, ipsumque deintegro, quàtum in illis quidem
1. Cor. 6. b. est, 16 cruci affigunt. Adeóne vos fugit 17 idololatras, regnũ Dei non adepturos, sed in stagnũ, quod
17 Gal. 5. c. Apo. 21. c. 22. c. igni & sulphure ardet coniiciendos, vbi ne vermis eorum quidem sit interiturus? An potius seuera
Esa. 66. g. Marc. 9 g. Dei 18 iudicia contemnitis, qui ne Angelis quidem
18 2. Pe. 2. a. b Iude a. Ieb 4. d. suis, quam commiserant noxam remisit, quin eos inferni cathenis constrictos tenet ad magni Dei iudicium? Quid igitur faciet idololatris, hypocritis,
19 2. Thes. 2 c Ioan 3. c. illusoribus, ac contumacibus hominibus, qui cùm 19 veritatem non amplectuntur ad suam ipsorum salutem, vanitate ipsa occæcantur vt pereant. At enim quæ tanta potest esse duritas, quam non horrenda illa spectacula, diuinæ alioqui iræ certissima indicia, non commoueant, & flectant? qui variis modis, vel intra parietes vestros iudicia sua exercet, alii vt ad desperationẽ redigantur, nonnulli cruentas manus sibi inferant, quidam inter extremos spiritus inauditas blasphemias exhalent: vt eò magis vestram, si fortè ita sit, indolẽtiam defleamus, quantò nos præ cæteris rebus, quas vel audiuimus vel legimus vnquam, his rumoribus magis perhorrescimus. Quòd si igitur hoc tantum sce
20 Luc. 9. g 2. Pet. 2. d Prou. 26. b lus deprecari cupitis, Deique filios & esse & haberi vultis: videte ne oculos ab 20 aratro auertatis, nec ad vomitũ reuertamini, aut genua Baali sub-

mitta-

mittatis, neque vos ipsos sceleratæ Missæ, aut simu lachris præstetis, quò téplum Spiritus sancti violetis: sed aut strenuè veritatem asserite, vt [21] Deo potius quàm hominibus obsequamini: aut Deum saltem vocantem sequimini, qui pro mirifica sua ac prouida benignitate, piorum principum & magistratuum animos ac voluntates non solùm permouit: sed formauit, effecit, excitauit ad singulare nostrûm omnium bonum & commodum: vt iam ferò vno tempore Emdenæ, Wessaliæ, Francofurti, & in hac præclarissima ciuitate Ecclesias erexit & aperuit, quò tanquam viua voce Dominus vos inuitat, vt & eius cultum, timorem, fidem discentes, vestrámque vicissim oscitantiam, errores ac peruersitatem agnoscentes, illius amorem ac beneuolentiam consequamini. Iam verò cùm ad hoc institutum nulla ratio aut via accommodatior ac expeditior esse potest, quàm si nos [22] eius voluntati & arbitrio permittamus, quatenus eâ nobis verbo suo patefecit, nostrarum esse partiũ duximus, in hac libertate (si fortasse libertas ea dicéda est, quæ propter seruitutis vestræ acerbitatem, summum nobis mœrorẽ affert) aut manumissione saltem ac vindicatione, non tantùm à Babylonico iugo: sed Antichristiano illo omnium profligatissimo, rationem eiusmodi inire, qua veluti compendio vitam & mores, officiáque nostra & actiones ad verbi Dei normam rectissimâ instituere ac cõponere possimus. Adeò vt præ cæteris [23] veræ religionis maximâ nobis cura incubuit, quæ cũ humanis corruptelis deturpata, paulò antè squallebat, omni studio, cura, diligentia eam à situ ad pristinũ nitorem vindicandam oportere cẽsuimus: vt neque nos propter in-

Rom. 11. a
1. Reg. 19. b
1. Cor. 6. c
21
Luc. 12. a
Act. 5. a
22
1. Sam. 15.
Matt. 7. e
Ioan. 9. f
23
Ioh. 5. g
Luc. 1. g
2. Pet. 1. c

certitudinem & dubitationem extimeſcere, neque propter hominũ de nobis opiniones, ac iudicia deterreri à tam pulchro incœpto, Deo imprimis grato, Eccleſiæ perutili, & ad omniũ officia ſpectanti, vllo modo debere putauimus. His de cauſis hãc formã inſtituẽdi Eccleſiã conſcripſimꝰ: non tanquã omniũ doctiſsimi, aut ad hãc rẽ maximè apti: ſed cæteris q̃ plurimis inferiores, voluntate tamen æqui: eámq; vobis, qui purè Deũ ac verbũ ſuũ colitis, nõ tanquã humano capiti ceruicẽ equinã: ſed è verbo Dei ſolũmodo petitã, intráque eius limites ſeptã, cõmẽdamus ac offerimꝰ. Nã cùm ex hoc ſolo ꝓpetuã Dei volũtatẽ ꝓcipimus, idémque nobis Seruator noſter teſtatũ reliquit, vti [24] certiſsimam atque abſolutiſsimã regulã, non ſolùm religionis tradendæ & explicãdæ: ſed etiã omniũ noſtrarũ actionum atque rationũ: aliquid certe huic addere hominis eſſet ꝓfligati atq; audacis: imminuere autẽ aut detrahere, ſumæ eſſet ꝓfidiæ. Quiſquis igitur alterutrũ ꝓpetrat, licet rẽ valde honeſtã, piã & præſtantem ſibi facere videatur: Deo tamẽ, qui zelotes eſt, nec quẽquã poteſt admittere in ſocietatẽ rationũ ſuarũ, iniuſta, impia & [25] deteſtãda eſt. Nã cogitate apud voſipſos, ac diligẽter circũſpicite, vtrúmneis, qui [26] ſapiẽtia Patris dicitur, eiúſq; gloriæ ſplẽdor, lux illa vera, ac vitæ verbũ, imò veritas & vita ipſa poteſt id Eccleſiæ ſuæ tradere, ꝓpter quã non dubitauit morte cruẽtiſsimã oppetere, quod nõ certiſſimũ rei ſuæ gerẽdæ gnomonẽ cognoſceret? poteſtne veritas ipſa fallere quenquã? an via quæ ad vitã ducit, in deuios errores abducere? aut ipſa ſalꝰ nos perdere? Deus meliora: noſtróſque animos Spiritꝰ ſui ductu regat ac moderetur: vt & ſuæ ſolius ſapiẽtia

Ga.1.a.3.a 2.Tim.3.d. Apo.22.d. Deut.4.d

Luc.16.d. 1.Cor.1.d Ioan.1.a 14.a Heb.1.a

tia nobis placeat ac delectet: & quicquid huic aduersatur, omnibus neruis respuam⁹ atq; abominemur. Quæ res, cum nos ad diligētioré rerū nostrarū animaduersionē reuocarent, simúlque penitius, nec sine animi quadā cōsternatione, nostríque ipsi⁹ abiectione intueremur pristinā ignauiam in restituenda vera religione, quæ non minima certè, & nescio an alia maior causa extitit huius calamitatis, quam Deus inflixit, cepimus consilium, postquā diuina prouidentia Ecclesiæ locus nobis cōcedebatur, vel in hac clarissima totius orbis terrarum ciuitate eā ratione & formā, quam in nostra Ecclesia sequendā proposueramus, iudicio grauissimi & doctissimi viri D. Ioan. Caluini, aliorúmque sanctiss. hominū cōmittendi, quā cùm libenter cōprobauerant, eā studiosè amplexi sumus. Nihil interim dubitantes, imò certò persuasi, eam rem in bonorum omniū vtilitatē & cōmodū cessurā. De profligatis autē Papistis, ac querulis hominibus eò minus sumus soliciti de ipsorū beneuolentia, quòd nullam saltē opportunā antidotū contra vulneris sui puru lentiam excogitare possumus: nisi forte Deo visum sit nostras exaudire preces, illíque parcere, & ad sui cognitionē allicere, quotquot in reprobum sensum nō tradiderit. Verūtamē in tāta hominū varietate, cùm aliqui sint, qui longa cōsuetudine obcæcati, ad eā opinionē, quā sibi quisque delegit, quāuis ea plærunque sit multis ac magnis erroribus, implicata: ita tamen & mente & animo adhærescunt, vt nec ratio ab errore, nec constātia veritatis ab obstinatione, pertinaciáque reuocare possit, eósque nullo modo ferre possūt, qui triuiales quasdā ceremoniolas cōuellūt, cōmodè hoc loco putauimus huic malo si non mederi, iuuare tamen &

consilio ac diligentia quoad potuimus prouidere, ne ad multorum pernitiem vlterius vagetur. Primùm autẽ, vt eas ceremonias & institutiones, quas nobis verbum Dei ex nouo Testamento commendat, eatenus comprobamus & admittimus, quatenus circunstantiæ diuersum minimè suadent: ita humana decreta atque inuenta omnia, quantunuis il lustrem secum splendorem, persuasionémque apportent, si vel verbi Dei cursum impediant, vel necessitatem inferant, vel in abusum aut superstitionem abierint, absque omni dubitatione infringi, rescindíque debent. Nam si egregia illa virtus ac
27 2. Reg. 18. a fortitudo [27] Ezechiæ Regis in eo potissimùm Spiritus sancti acroama meruit, quòd serpẽtem æneum comminuerat, quem Moses diuino iussu in deserto collocans, iam supra octingentos annos ad Ezechiæ vsque ætatem obtinuerat: quæ res sanè vsque adeò mala non fuit, vt præstantissimum Dei beneficium ob oculos omnibus proponeret, nihilominus autem quum ad peruersum Dei cultum homines permoueret, optimus Rex ac Dei studiosissimus, diutius perpeti nefas esse ducebat: quanto magis nos omni studio ac diligentia cauere oportet, ne nobis authoribus aliis permittatur, non solùm serpentes & cæteras animãtes, sed multo magis insomnia sua colere, ac ea quæ ne coniectura qnidem informare possint? Non fuit certè quidem absque summo cõsilio ac prudentia factũ, quod Deus olim veteribus præceperit, vt
28 Deu. 12. a. d. 13. c. d. 2. Reg. 18. a [28] lucos cæteráque loca, ac omnem materiem, quæ idololatriæ inseruiret, excinderent, comburerent, deuastarent: ne scilicet rudis adhuc ætas occasione hinc arrepta, ad simile facinus posthac perduceretur.

Quid

Quid? an nos Deo sapientiores esse volumus? an nō potius totius sapientiæ neruos atque artus putare, humanas inuentiones atque Papistica phantasmata ab ecclesia eliminare & abigere, vt nec [29] debiles ac infirmos nostris obseruatiunculis ad duritiem cōfirmemus: nec omnino manus dem[9] Babylonicæ meretrici, sed nos à perfido [10] Beliale segregemus quicū Christo nulla concordia esse potest? In tam immenso autem ceremoniarum pelago nulla fuit vel antiquior, vel illustrior quàm pedū lotio, quæ primū à [11] Christo inter discipulos suos instituta in multos annos creuerat, donec tandem, orta inter homines concertatione, dum aliqui tanquam Cœnæ partem adiectam putarent, alii in Baptismi locum subrogatā contēderent, piæ Ecclesiæ [12] Augustini seculo longè tollerabiliorem tantæ commoditatis iacturam existimarent, quàm ea retenta erroris turpitudinem alere. Corinthii [13] verò, si in tanta varietate plura exempla commemorare liceat, vt & egenis prospiceretur & amicitia aleretur mutua, statim à [14] Cœna Domini conuiuium agere aggressi erant: sed quàm acriter hoc ipsorum institutum reprehendit Apostolus, veluti in totum damnans, vt Domini institutioni aliquid adiiceretur, ex eo satis constat quod Paulus dicat se à Domino accepisse id, quod illis tradiderat. Tanta nimirum est ingeniorum peruersitas, vt non modò cæteris in rebus luxurient, sed & Sacramenta ipsa mutandi, truncandi, atque illustrandi facultatem sibi arrogent. Meritò itaque laudātur veteres illi, vt Ezechias ac eius nepos Iosias, quos ex sacris Annalibus constat, cùm pascha ipsum, quod iam ferè obsoletum in desuetudinem abierat, populo

29 1. Cor. 8. c.
10 d. Rom. 14. c.
30 2 Cor. 6. d. Esai. 52. 6
31 Isan. 13. a.
32 Epist. 119 ad Ian.
33. 1. Cor. 11. d
34 Chrys. in 11. cap. 1. Corinth. Tertul. lib. ad vxorem

35 Dei [35] reſtituerant, nõ aliis fuiſſe vſos ceremoniis,
2.Chro.30 quàm ab initio [36] Moſes in eo adminiſtrãdo præce
a: 2.Reg. perat. Circunciſio ſimiliter cùm eſſet Sacramentũ,
23.c 36 eo ritu ſẽper peragebatur, quo Domin⁹ [37] iuſſerat.
Exo.12.c Sed quid non audeat humana proteruia? aut quò
Leui.23.c non erumpat hominum audacia? qui cùm ſe ad cæ-
Deut.16.a los attollere audent, parum putãt ſua deliria mor-
37 dicus retinere, niſi diuinis rebus ſua interponant
Gen.17.b conſilia, quemadmodum optimè norunt hi, qui ve
Ioſ.5.b tera Eccleſiæ monimenta animo perluſtrarunt. Nã
ſi ab Hieroſolyma exorſi, ad reliquas Eccleſias, vt-
pote Conſtantinopolitanam, Antiochenam, Ale-
xandrinam, atque Romanam perueniemus, facilè
perſpiciemus ex nulla re alia maiorem cladem illas
accepiſſe, quàm ex ceremoniarum contentione vl
trò citróque agitata. Quanta hinc diſcordia Græcã
& Latinam vexauit Eccleſiam, quis vnquam po-
tuit ſine lachrymis cõmemorare? & quot⁹ eſt quiſ-
que, qui neſciat quantam ſibi inuidiam, tum apud
38 [38] Galatas, cùm etiam apud alios ferè omnes con-
Gal.1.2. ſciuerit Paulus, quòd non ſtudioſius, ac ſummo-
Act.21.d rum Apoſtolorum more ceremonias obſeruа-
ret? Atque certè tandiu illas vſurpabat, quoad ſpes
aliqua eum obtentabat fore: vt infirmos hoc modo
39 ad Chriſtum pelliceret: id quod [39] Timothei exem-
Act.16.a plũ hoc animo ab eo circũciſi planè euincere neceſ
ſe eſt. Verùm enimuero cùm hominum malicia eò
creuerat, vt tanquã neceſſarias in Eccleſia retinen
das ceremonias contenderẽt, minaciter ſeſe oppo-
ſuit, acerbè interim obiurgans, eóſque authorita-
te premẽs: adeò vt quòd paulò antè veluti ad-
tollerauerat, impium iam ac ſceleratum eſſe clami

tet,

tet, planè afferens [40] Christum non amplius illis profuturum, quotquot Circuncisione vti pergerent. Ideóque se vereri aiebat, ne [41] frustra operam suam in illos collocauerat, qui adhuc Christum e genis elementis induerent. Quapropter in tam certa atque prolixa confirmatione, in qua adhuc crescere liceret, si opportunitas pateretur, aliam sapientiam vendicare, præterquam sacræ literæ nos docent, aut vltra Dei verbum progredi minimè existimauimus oportere. Ex eo autem didicimus, ad populum [42] concionari iuxta eiusdem verbi præscriptũ: Sacraméta ad amussim celebrare, ac preces habere, vnà cum cæteris nonnullis officiis, quæ inde docemur ad Dei gloriam, atque Ecclesiæ suæ vtilitatem ac commodum pertinere. Quod autem ad verbi prædicationé attinet, quatenus de ea inter pios omnes clarissimè conuenit: atque etiam Sacramenta ipsa, cùm in libelli huius progressione satis amplam probationé habeant, haud vsq; adeò opus esse videtur hoc in loco diligentius retractare. Vt tamen prèces, quas nominauimus. nonnihil attingamus, res ipsa admonet. Hæ plurimùm bipartitæ sunt: nam aut verbis solùm constant, aut adiecto cantu: atque rursus hæc pars partim quòd desciuerit à legitima norma, partim verò quòd non recto iudicio animaduertãt homines, aliquot multos habet aduersarios, qui quatenus eo vti, an omnino potius liceat vti in Ecclesia bene instituta valdè animi pendent. Sed hos oportet in memoriam reuocare, quod Paulus quodam in loco scribat, [43] Canam, inquiens, voce, sed & mente canam: Et alio item in loco, quis cantus maximè conueniat significans, Ephesios hor-

40 Gal. 5. a Act. 15. a.
41 Gal. 4. d.
42 Act. 2. g. Ma. 26. 28
43 1. Co. 14. e

44 tatur vt[44] alius alii prosit, colloquétes inter se psal
Ephes. 5. d. mis, laudatorias ac diuinas cantiones animo ca-
Ioan. 5. d. nentes, ac gratias agentes Deo. ac si Spiritus sanctus ore suo nobis attestaretur, huiusmodi vim in cantionibus inesse, vt non solùm aures, sed animum multo magis percellant, ac inflamment ad cælestiũ rerum studium atque amorẽ. Vtque natura omnib⁹ est ingenitũ concẽtus ac harmoniæ desiderium & appetitus, qui mirabiles sui amores in hominum animis excitat, ita Deus optimus ac clementissimus pater, viam nobis quandam & rationem præmonstrat, qua possimus eum laudare, animos nostros recreare, ac alius aliũ iuuare. Sed quæ est Satanæ malitia, nihil tam excellens est, támque præclarum, quod veterator ille callidus nõ aliqua macula asperst, vel potius violauit: sic impurissimè viciauit castũ hoc & eximium Spiritus sancti donum, cùm & Papistas, suos videlicet emissarios suggerat, qui psitaci in morem verba non intellecta demurmurent, & infimos quosdam homines mercede cõductos ad deliniẽdas aures emittat. quare cùm nonnulli huiusmodi abusu fascinati non intelligãt hoc prestantissimũ munus à Deo esse cõcessũ suóque verbo attestatũ, Ecclesiæ suæ cómodum, atque priscis monimentis comprobatum, difficili⁹ paulò eos quàm rei natura patitur, hanc rẽ ferre minimè mirũ est. Atque vt cætera omittamus quæ ad antiquitatis memoriam cõfirm ãdam pertineãt vnum illud satis erit, quod de[45] Plinio nepote scri
45 Epistola. Lib. 10. ptum legimus. Is enim quum proconsulatum gere ret in Asia sub Traiano Imperatore, iámque in mãdatis haberet, vt diligenter de Christianis cognosceret, eósque tanquam publicæ trãquillitatis perturbatores

turbatores morte mulctaret: ſcripſit inter cætera, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carménque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem. Quòd ſi neſcire ſe quis ſimulet quo autho re aut tempore hæc facies Eccleſiæ eſſe cœperat: ſimiliter hiſtoriæ referunt [46] Ioannem illum Apoſtolum, qui licet regnante Domitiano in Patmo inſula exulabat: Nerua tamen imperium tenente, qui ſecundus ab illo, & ante Traianum proximus fuit, reuocatus Epheſum conceſsit, Eccleſiáſque inſtituit. Cùm ergo verbum Dei cantum nobis cõmendet, antiquitáſque confirmet, & Eccleſiæ ferè omnes bene inſtitutæ ad priſtinam dignitatem illum vindicarint, ac libenter retineant: certè hunc vſum improbare ac reiicere, hominis eſſet leuiculi & theomachi, quatenus nec Dei verbo fidem adhi bet, nec vetuſtatem veneratur, nec perpetuo Eccleſiæ exemplo mouetur. Cuiuſmodi autem cantiones eſſe debeant, nemo eſt qui non luculenter intelligat, modò ſecum ipſe paululum pẽſitet vim illam & ſuadelam, quam Spiritus ſanctus Dauidicis Pſalmis ineſſe voluit, quos idcirco carmine cõplexus videtur, vt & compendium totius Scripturæ Eccleſiæ cõmendaret, & hoc modo animus imprimis permoueretur ad agendas gratias. ad quam rem præſtandam citra omnem controuerſiam Pſalmi mirificam vim habent: quemadmodũ ex [47] Moſe, Ezechia, Iudith, Debora, Maria, Zacharia & aliis non paucis conſtat, qui carmine potius & numero orationes ſuas gratulatorias, quàm vulgato ſermone, aut oratione ſoluta conſtrinxerunt. De metri fortaſſe variis generibus ſi hoc loco dicere vellemus, nimium excreſceret oratio: atque docti

46 *Eccl. hiſt. li. 3. ca. 22.*

47 *Exod. 15. a. Eſa. 38. c. Iud. 16. a. Iudit. 4. a. Luc. 1. f.*

ad quos præcipuè hæc ratio iudicii ſpectat, non poſſunt non intelligere, pſalmos non ſolùm metro quodam ac iuſtis ceſuris ligari, ſed ſplendoré quendam ac dignitatem præ aliis ſacræ Scripturæ libris cótinere, quemadmodum Hæbraicè qui periti ſũt ex collatione facilè indicare poterunt, vt illud interim nõ prætereamus Spiritum ſanctum omnibus modis laboraſſe, quòtandem optimam rationem iuuandæ memoriæ inueniret. quod nemò certè diffitebitur, cum videat aliquos pſalmos ad Alphabeti ordinem componi, ita vt ſinguli verſus ſingulas imitentur literas, quandoque etiam prima verſus pars ab A. exorſa reliquam B. abſoluit, ita vt duabus literis integer verſus perficiatur: nonnunquam etiam vna litera tres verſus continet: ac interdum octo continui vnius literæ ambitu comprehendũtur, quoad totus Pſalm⁹ exeat: vt meritò ſciamus Spiritum ſanctum optimum doctorem eſſe, qui varietate excitare, breuitate allicere, facilitate permouere, delectatione recreare torpentes auditores nouit. Extremũ eſt, vt intelligatur, quæ ratio nos potiſsimùm induxit, vt hunc Geneuenſis Eccleſiæ catechiſmum potius quàm alium quenuis in tãta varietate ſequendum ſeligeremus: quod vt melius præſtemus, ſcire valde intereſt catechiſmi vſum eſſe eiuſmodi, vt virũ Chriſtianũ perfectè doceat ſumma religionis capita, quæ cum nuſquam apud alios æquè reperias, ſiue docẽdi rationem & perſpicuitatem ſpectes, ſiue rerum copiam ac vbertatem, ſiue denique omnibus numeris abſolutam rectæ religionis epitomen, hunc vnum abſque omni dubitatione, tanquam optimum ducem ad perfectam religionem ſequi omnes cõſenſimus

Lege Moſe Chabib. lib. מרפא לשון. דרכי נועם

ſim. quid quòd pericula, quæ poſtremis hiſce tẽpo
ribus immineãt, non paru nos ad hoc excitare de-
beant. Nam vt certiſsima auguria ingruentis cu-
iuſdam vaſtitatis ac barbariei cernamus, errorũm-
que, qui paulatim ſe in Eccleſiam ingurgitare vi-
deantur: ita nulla ſalubrior ad hæc mala antido-
tus reperiri poteſt, quàm vt omnes vndique Eccle-
ſiæ certam quandam doctrinam, ac fidei formam
diuino inſtituto omnino conſentientem deſcribe-
rent ac ſequerentur: cuius rei fama & cognitio ad
posteritatem noſtram perueniens, ipſa quaſi ca- 48
thólicæ ac orthodoxæ Eccleſiæ exemplo cõfirma- Pſal. 89.a
retur, vel in tyrocinio ipſo contra omnes hæreſes,
perſecutiones, ac pericula, quæ homines ſæpe vel
ad malum pelliciunt, vel à bono deterrẽt. Ad hanc
autem rem præſtandã hic noſter Catechiſmus, reli
quis à tergo relictis, pluſquam medium iter confe-
cit. Nam cùm ſapientiſsimi viri dignum eum cen-
ſuerunt, qui Hæbraicè, Græcè, Latinè, Gallicè, I-
talicè, Hiſpanicè, Germanicè, atque Anglicè tra-
duceretur, nos nec potuimus abſque cõtumelia iſtũ
poſtponere, nec alium abſque arrogantia conſcri-
bere. Quapropter vt tandem oratio noſtra ad exi-
tum deducatur, à vobis petimus fratres, vel potius
precibus omnibus contendimus, pérque commu-
nes noſtras calamitates, quæ vtrique noſtrûm pro-
pter ſcelera in Deum ac Patrem noſtrum infligun-
tur, oramus ac obteſtamur, noſtros vt labores ac
conatus iudicio ac æquitate primùm cognoſcatis:
deinde eos ad normam verbi Dei applicetis, & tan
quam ad lydium lapidem exploretis: vt aut iudi-
cio piorum hominum meritam reprehenſionem ſu
ſtineant: vel ſi profuturi videantur, vnà Deũ glori-

ficemus, Ecclesiam adiuuemus, & improbis ac maleuolis os tandem obstruamus. Valete fratres optimi, ac communibus votis Deum precemur, vt nostris peccatis tandem ignoscens, Euangelii sui lucem reuocet, miseros suos ac ærumnosos liberos recreet, ac satanæ tandem, Antichristi, & hostium omnium vires debilitet ac frangat. Geneuæ, Id. Februarii, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Con-

PLena fiducia[1] credo ac profiteor Dominum ac[2] Deũ meũ, ſine omni principio ac fine, interminatũ, infinitũ, inexpli cabilẽ, immẽſum, ac incõſpicuæ maieſtatis, re quidem ipſa ac ſubſtantia[3] vnicum, [4]triplici verò perſonarum diſtinctione diſcretũ, Patris, Filii, & Spiritus ſancti: qui nõ ſolùm ſtupendo ac omnipotẽti[5] nutu cælũ ac terram, queq; in iis clauduntur vniuerſa ex[6] nihilo, hominémq; tandẽ i pſũ ſui gratia ad ipſius[7] imaginẽ pduxit: verũetiam eadẽ nũc producta, pari rurſus, vereq; paterna[8] prouidentia adminiſtrat, diſpẽſat, ac tuetur, p diuinæ[9] volũtatis ſuæ imperio.

Itidẽ credo ac profiteor[1] Ieſum Chriſtũ, omniũ Seruatorẽ ac aſſertorẽ vnicũ, & Meſſiam noſtrũ. Qui cùm in[2] forma eſſet Dei, non rapinam duxit æqualem ſe eſſe Deo: at ſeſe exinaniuit, ſumptáque ſerui conditione,[3] homo hominum cauſa factus, noſtríque per omnia (extra duntaxat peccatũ)

1 Rom.10.b
2 Gen.17.b,pſ.63.a,139.a
3 Gen.1.a, eph.4.a
4 Ge.1.d, 1.io.3.b,ma.3.d,28.d
5 Heb.1.a,prou.8.e
6 Ge.1.a, ie.32.b,pſal.33.c
7 Gen.1.d, ephe.4.e,col.3.b
8 Mat.6.d, luc.12.c,1.pet.5.c, phil.4.a
9 Ephe.1.b
1 Mat.1.d,act.4.b, 1.tim.2.d
2 Ioan.2.e, phil.2.a, 2.tim.3.d, 1.io.5.d, rom.9.b
3 Heb.2.d, phil.2.b, 1.pe.2.d, 1.ioan.3.a.

4 Rom.8.f,g,1. Ioan.2.a similis effectus est, quo nos ad [4] sublimitatem suam, ac diuinæ misericordiæ felicitatẽ, alioqui perditos postliminii iure vindicaret. Postquam enim læthali illo [5] Adamicæ transgressionis malo, omnes simul miserabiliter ad interitum corrueramus, nulla erat amplius salutis recuperãdæ spes, præterquã in [6] vnico hoc Christo Iesu Domino nostro, q nobis id gratia impartiens, quod [7] natura sui erat ipsi [8] ppriũ, dedit, vt fide [8] Filii Dei per eũ efficeremur, credẽtes in nomen eius. Itaq; emẽsa tẽporis [9] plenitudine, conceptus è [10] Spiritu sancto, atque ex virgine Maria secundũ carnẽ, natus est, salutiferum vitæ Euangeliũ passim per vniuersos Hierosolymorum fines [11] deprædicans, donec inuidia tandem tyrannidéque [12] sacerdotũ oppressus innocens (præsidente iudice Pontio Pilato) crucis probrosissima morte inter duos latrones medi [9] ipsemet, veluti latro, occubuit, veréq; mortuus est. Quo in patibulo [13] dependens ille pro flagitiis nostris, hac ratione nos à Legis maledicto immunes reddidit. Idémque porrò, quum nec à morte, quatenus Deus, vinci: nec eã rursus, quatenus homo, vincere potuit: propterea vtramque ita coniunxit naturam, vt dum illa vinceret, hac se superari pateretur, sentiens interim, in humana hac sua parte, flagrantem Patris iram, adeóque

5 Gen.3.d,rom.5.d,gal.3.b, ephes.2.a

6 Act.4.b,1.pe.2.a,isa.28.d. rom.9.g

7 Ioan.2.b,heb.1.c,rom.1.a, psal.2.c

8 Rom.8.c,gal.3.d,ephes.1.a, ioan.1.d

9 Gal.4.a, act.2.c

10 Isai.7.c,luc.2.d,rom.1.a

11 Act.10.f,ro.1.a

12 Ioan.7.c,11.f,2.c,mat.12.b,27.b,luc.23.e, isa.53.c

13 Gal.3.b

infernales veluti cruciatus, vt iam moribundus intentissima voce in hanc erũpere exclamationẽ auditus sit, Deus mi, ô mi Deus, cur me destitutũ deserueris? Sic ergo gratuitæ illius munificentiæ visum est, se totũ expiandis totius mũdi peccatis, velut hostiã purissimã, ac sacrificiũ vnicũ deuouere: vt nihil iam loci reliquis sacrificiis relictũ sit, quæ quisquã pro peccatis amplius offerat: cùm abundè hoc vnũ pro omnibus sufficere & possit & debeat. Nec quisquã tam contumelioſè blasphemus sit, qui commiscẽdis aliis quibuscũque sacrificiis, huius dignitati tãtæ audeat derogare. licétq; porrò mors hæc illius abũdè diuinæ placandæ iustitiæ fecerit satis: sacræ tamẽ literæ vt plurimũ, regenerationis nostræ beneficiũ, resurrectioni magis illi quàm morti accepti referũt. Nã vt resurrectionis triũpho post triduanã mortẽ mortis abolita est tyrãnis: ita hac ipsa resurrectione fidei nostræ firmitas ac victoria potissimũ nititur. Vnde cõiũctæ hę res melius ambæ peruidẽtur, quàm seorsim alterutræ. Vt enĩ morte fractas peccati vires, ita resurrectione illius collatã nobis iustitiã accipimus. Porrò insuper ne quid ad absoluendũ salutis nostræ negotiũ relinqueret, non omnibus numeris absolutũ, nostróque nomine cælestẽ

14 *Act. 2. d, isa. 53. c, 1. pe. 2. d.*
15 *Psalm. 22 a, matt. 27. c*
16 *Isa. 53. a, gal. 1. a, he. 9. c, 10. c, rom. 4. d, 5. b, 1. io. 1. b*
17 *Col. 1. c.*
18 *Rom. 10. b, 2. pe. 1 a*
19 *Matt. 28. b, act. 10. f, 1. co. 15. a*
20 *Osc. 13. d, 1. co. 15. g, 2. cor. 13. b*
21 *Rom. 4. d*
22 *Ephe. 4. b, 2. b, ioan. 14.*

hęreditatem adiret, poſt quadraginta dies in [23] cælum ſublimis receptus eſt: vt regnũ ſuum per diuinam Spiritus ſui [24] potentiam amplificaret: vbi etiamnum ad dexteram ſui Patris collocatus conſidet, vſque interpellans [25] pro peccatis noſtris: ſic tamẽ vt licet corpore abſit, certo loco circunſcriptus [26] dexter ſuo Patri, vbique regens ac adminiſtrans in cælo ac in terra omnia: Spiritu tamen ac efficaci numinis energia nuſquã non [27] adeſt, ſempérque adfuturus mẽbris ſuis, vſque ad conſummationem ſæculi, arcano Spiritus ſui vigore, ac gratia nos fouens ac ſuffulciens. Quin & idem rurſus, vbi iam cuncta [28] peracta ſint, quæ Prophetarum vaticinia prodiderunt, eodẽ [29] corpore rediturus eſt, conſpicua [30] maieſtate: vt iudicium de viuis pariter ac mortuis ferat, agnóſque electitios ab hædis diſcludat: cuius [31] ineuitabilem ſentẽtiam, haud quiſquam effugere tum viuorum, tũ mortuorum poterit.

23 Mar. 16. d, lu. 24. g, act. 5. b, 1. cor. 15. b

24 Luc. 24. g, io. 14. b, act. 2. a

25 Rom. 8. g, heb. 9. f, 1. io. 2. c

26 Act. 1. c, 3. c, col. 3. a, rom. 8. g, he. 1. a, 10, 12, eph. 1. d, phil. 2. b

27 Matt. 28. d

28 Act. 3. c

29 Act. 1. b

30 Mat. 25. c, phi. 3. d.

31 Ma. 24. c, act. 10. f, 1. co. 15. c, 1. theſ. 4. d, 2. theſ. 2, 2. tim. 4. a

Credo itidem & profiteor Spiritum ſanctum, vnà cum Patre [1] ac Filio in eiuſdẽ diuinitatis ſubſtantia æqualem, qui tacito afflatu ſeſe transfundens per animos noſtros, nos regenerat, ſanctificat, moderatur, ac in omnem veritatem ductat, indubitata fidu-

1 Mat. 3. d, 1. io. 5. c, 1. pe. 1. b, 10. 16. d, 1. co. 6. d, act. 17. c

fiducia [2] conscientias nostras perfundens, quòd filii Dei sumus, fratres Iesu Christi, ac eiusdem secũ regni ac immortalitatis cõsortes. Verùm enimuero neque id satis adhuc videbitur, vt Deũ agnoscamus omnipotentem & propitium, aut Christum nostro nomine exoluisse, aut Spiritus eam esse sanctificatricem vim, nisi eadem hæc peculiariter nostrûm in se quisque [3] accommodet, quotquot [4] electi sumus Dei. Credenda itaque ac confitẽda est, vna sancta [5] Ecclesia, cõmunis videlicet, ac vndique diffusa piorum fidelium aggregatio: qui velut singula [6] membra eiusdem [7] capitis Iesu Christi, eadem pariter inter se cõsensione [8] fidei, spei & charitatis coniunguntur ac coalescunt, singulis interim sua dona, quicquid à Deo boni siue [9] corporei ceu spiritualis acceperunt, in eiusdẽ Ecclesiæ cõmodum ac ædificationem conuehentibus. Hęcque Ecclesia, quæ catholica ac electorum dicitur, nulla humana perceptione, aut [10] oculis designari poterit. Soli Deo cognita est, qui ex perdita Adami posteritate aliquos tanquã [11] vasa iræ ad interitũ parauit: selegit autẽ alios, vt essent vasa misericordiæ ad salutem destinata, quos vitæ etiã

2 Rom. 8. c, gal. 4. a

3 Abac. 2. a, ro. 1. b, 2. c, 1. ioan. 3. d

4 Ioan. 17. a

5 Mat. 16. c, io. 10. a, eph. 5. b, rom. 8. c, can. 2

6 Eph. 1. d, col. 2. d, 1. co. 12. c

7 Ephes. 4. d

8 Eph. 4. a, phil. 3. d, col. 2. a

9 Act. 2. g, 4. g, rom. 12. c, eph. 4. c, 1. co. 12. b

10 Rom. 11. c

11 Rom. 9. c, eph. 5. c

12 Rom.8.c, eph. 5.c

[12] sanctimonia (suo cuiusque tempore) exornat, vt Ecclesiam sibi gloriosam adoptet.

13 Mat.18.c,1.co. 15.b

Huius verò, quę [13] sensibilis est Ecclesia, captui ac oculis hominũ exposita, tres sunt notæ ac indicia, quæ vbique eam comitantur. Primum est [14] Verbum Dei, veteri & nouo Testamẽto consignatum. Cuius [15] authoritas, vt grauior ac antiquior Ecclesia ipsa, soláque per se [16] satis ἐναρκέτος existit, ad omnia quæ salutis sunt: ita sanè promiscuè [17] cunctis ad legendum ac ruminandũ patere debet. Sine hoc enim Verbo nihil neque Ecclesia [18] statuere, nec concilia sancire poterint, quod retulerit saltẽ salutis nostræ. Secundum est huius dignoscendæ Ecclesiæ symbolum, [19] Sacramẽtorum, Baptismi videlicet & Cœnæ, recta legitimáque administratio. Quæ in hoc relicta à Christo sunt, vt his, ceu tesseris quibusdam, promissionis diuinæ certius admoneamur. Sicut enim Baptismus (quem semel dũtaxat inimus) nos condocefacit, vniuersos pariter tum infantes, tum maturiores, natura alioqui ac peccati iure à Deo [20] exclusissimos, denuò intra gratiæ ipsius complexus reuocari, nihil diffisos bonitati ipsius, qui licet gliscentibus in nobis peccati reliquiis, ipsas tamen nobis [21] imputaturus non sit: itidem & [22] Cœna nos similiter admonitos facit benigni-

14 Mat.18.d, ro. 10.c, eph.2.d, 2.co.3.4, io.10 a, 2.tim.3.d, 2.petr.1.d

15 Eph.2.d, mat. 17.c, io.10.a.b

16 Io.20.g, 2.tim. 3.d

17 Ios.1.b, ioh.5.c

18 Eph.5.c, matt. 13.b

19 Mat.26.c.28. f, rom.4.a, eph.5.f.

20 Ro.5.b, eph.2. a, tit.3.b, gal.3 c, rom.7.d

21 Rom.4.a, ps. 31.a

22 1.Cor.11.e

nignitatis eiusdem erga nos Patris, quippe qui nõ corpora solùm pascit quotidie: sed & animos nostros salutifera [23] gratia, ac æternis meritis Christi Filii sui reficit ac vegetat (quæ res in literis mysticis pastus corporis illius, potióque sanguinis appellatur.) In his porrò mysteriis cauendum tamen, ne quid in consilium hîc adhibeatur, quod humanum sit aut nostrum. Ea solùm, qua reliquit Christus puritate, Sacramenta hæc tractãda sunt: tum nec ab aliis ministris, quàm iis, quos legitima [24] vocatio ad huiꝰ fũctionis munꝰ asciuit, administrãda. Quisquis igitur Sacramenta hęc vel asseruat, aut colit, aut alioqui cõtẽptim, ritè adhibita aspernatur, is nihil aliud, quàm sibi ipsi damnationẽ cõciliat. Tertium verò ecclesiæ huius Argumentum, morum [25] disciplina est ac seueritas ecclesiastica, in admonitione ac animaduersione scelerum constituta. Cuius vltima meta (si grauior videatur peruicacia) expulsione quam nos excomunicationem dicimus, publico cœtus [26] consensu indicta terminatur. Præterea sub hac ecclesiæ societate complector & politicos [27] magistratus, qui gubernãdis, ciuitatis rebus præsint, ac legum vigore effrenem multitudinem retineãt in officio, quò repressa malorũ audacia, boni sine pe

23 Ioan.6.d

24 Heb.5.b,10.3.d

25 Mat.18.b, luc 17.a leu.14.b ecclesiast.19.b

26 1.Cor.5.a

27 Rom.13.a, tit.3.a, 1.pet.2.a

riculo tutius conſeruentur. Quibus viciſſim à nobis ſumma debetur reuerentia ac obſequium, niſi quum diuino verbo [28] aduerſari quæ præcipiunt, videbuntur. Vtque quodam [29] Moſes, Aſa, Ezechias, Ioſias, Iehu, cęteríque pii príncipes cultũ Dei prorſus ab omni idolothreſciæ ac ſuperſtitionis admixtu vindicarunt, ſic & iſti ſuam viciſſim opem eccleſiæ Chriſtianæ debent aduerſus Antichriſtum, idololatras, Papiſtas, & hæreticos, quo [30] doctrinæ dæmoniorum, hominúmque commentitiæ nugæ reuellantur. Cuiuſmodi ſunt miſſæ ſacrificium, purgatorium, Limbus Patrũ, apud diuos, próque defũctis inuocationes, libera voluntatis electio, ciborũ delectus, veſtium dierumque diſcrimina, vota cęlibatus, ſocietas in illicitis ſacris, humana merita, & id genus non ferendæ purulentiæ, quæ prorſus ab eccleſiæ contubernio (in qua omnis eſt ſolummodò peccatorũ remiſsio, per Chriſti [31] ſanguinem parta ac propoſita omnibus tum Iudæis tum Gentibus, ad eum per fidẽ accedentibus) quoſque ipſis innitentes reſecant, ac ad vanam creaturarum fiduciam, humanáſque traditiones abripiunt. Quorum ſupplicia licet in hac vita ſæpe à Deo [32] producũtur, poſt tamen, in mortuorum [33] reſurrectione (in qua

28 Act. 5. e
29 Exo. 32. f, 2. reg. 18. 23, 2. chro. 29. 35
30 1. Tim. 4. a, col. 2. d, mat. 15. b, iſa. 29. b, heb. 9. c, 10. e, act. 10. g. 1. ioa. 2. a, rom. 7. c, gal. 5. c, col. 2. e, rom. 14. a, mat. 19. b, luc 17. c, 1. cor. 7. b, 8. c, 10. f, 2. cor. 6. c, ro. 3. c, gal. 4. b, 1. cor. 3. c
31 Iſa. 33. d, mat. 18. c, ioa. 20. e, 2. cor. 5. d, rom. 1. b, 10. b eph. 2. d
32 2. Pet. 2. a, iude 1. rom. 5. b
33 Act. 24. d, 1. cor. 15. c, phil. 3. d, 1. theſſ. 4. d

qua omnes eisdem corporibus animisque ad immortalitatem reuiuiscemus) ineuitabilis [34] iudicii sententia eos feriet, gehennæ adiudicandos. Contra uerò qui spreta omni humanæ rationis addictione, ipsi simpliciter Christo inhæresc unt, his lætissima demũ vox illa audietur, [35] Venite benedicti Patris mei, possidete regnum ante iacta orbis fundamenta vobis præparatũ. Itaque vita æterna cum illo fruituri, transferemur vnà [36] in consortium regni sui ac felicitatis, vbi tuti ab omni molestia, Deum, [37] sicuti est, præsentes contemplabimur, nec iam amplius mutua docendi ac discendi viciſsitudine indigebimus, sed eum à summo ad infimum, vniuersi cognoscemus, cui soli omnipotenti, infinitè sapienti & immortali, omnis sit gloria, cum Filio & Spiritu sancto, Amen.

34 2. Thess. 4. d, 2. ioh. 1. c, isa. 30. g, ioh. 5. a

35 Mat. 25. d

36 1. Thess. 4. d, 5. d, ioh. 5. c, isa. 26. d

37 1. Cor. 13. d, 1. ioh. 3. a, iere. 31 f, heb. 8. a

Quum primũ in Eccleſiam hora CONSTITVTA CONuenitur, miniſter vel hanc ex Daniele confeſsionem, vel ſubſequentem, aut aliam ſaltem in hanc ſententiam, clara voce pro cõcione recitat, ſingulos inter ea exhortãs, vt intenta pectoris cogitatione, his auſcultent ac ruminent, quæ ex ſe ſunt audituri.

CONFESSIO QVAEDAM AD *Deum pro peccatis condonandis, temporibus accommodata, iuxta illam Danielis formam, capite nono deſcriptam.*

DOMINE Deus, magne,[1] & formidabilis, qui ſeruas fœdus & [2] beneficentiam erga diligẽtes & obſeruantes præceptatua,[3] Peccauimus, & iniqui fuimus, impiè egimus & deſciuimus à præceptis & iudiciis tuis. Neque [4] obediuimus ſeruis tuis Prophetis, qui tuo nomine locuti ſunt ad Reges noſtros, Principes noſtros, & Patres noſtros, & ad totum populum terræ noſtræ. Tibi quidem Domine, tribuenda eſt [5] iuſtitia, nobis autem pudor.

1 *Nehem. 1.b, iob 9.38.394, pſal. 24.76. 77.139*

2 *Exod. 20.a, luc 7.g*

3 *Gen 3.b, rom. 5.b, 1.io.1.d, pſal. 32.c, 106.a*

4 *Leu. 26, deut. 28.b, hier. 26. a, 29.b, nehem. 1.c*

5 *Pſal. 11.b, iac. 1.d, iob 4.d, 9.a, 25.b*

dor, ſicuti euenit hodie ter miſerandæ noſtræ Angliæ, atque nobis omnibus tam remotis, quàm propinquis, in omnibus terris ad quas expulisti nos, [6] ob defectionem, qua defecimus à te. Quare defluxit in nos [7] execratio & iuramentũ in Lege tua ſcriptum. Itaque re exhibuiſti omnia quæ prius comminatus es ac locutus ad nos & iudices noſtros. Et tamen quantunuis ſic afflicti, nihil adhuc correctiores reddimur, quin vniuerſi pariter in cœpto iniquitatis itinere pergimus: offenſas offenſis congerie quaſi quadam cumulantes. Quos enim aliquando ſalutaris Euangelii tui prædicatio, voluntatis tuæ obedientia feliciſsimè imbuerat, hi nunc inuerſis neſcio quo pacto rerum vicibus, [8] relapſi, in turpiſsimam idolothreſciæ fœditatem aguntur. Nec quiſquam eſt tamen (proh dolor) qui ſeria ductus pœnitudine, vel errores ſuos, vel horrendæ iræ tuæ grauitatem, ritè, atque vt par eſt, [9] perpẽdat. Hæc illa iuſtiſsima tua ſunt iuditia, Domine Deus, vt peccata peccatis, hominéſque ſuis ipſorum placitis, ac figmentis [10] plectas: ita vt nullus futurus ſit peccandi finis, niſi præſentanea tua nobis minimè [11] promerentibus gratia [12] ſubueniat. [13] Conuerte nos Domine, & cõuertemur.

6 *Pſal.89.a, ier.26.b,27.a*

7 *Leu.26.c, deut.27.28. 30.*

8 *2.Pet.2.d, prou.26.b, heb.6.a,10.a*

9 *Pſal.19.d,exc. 5.b, deut.31.d, 29.d*

10 *Rom.1.d.*

11 *Iſa.65.d,rom. 10.a*

12 *Ephe.2.a.b*

13 *Pſal.85.a, ier.31.a*

Non enim in precibus noſtris quas effun-
dimus coram te allegamus[14] noſtram iu-
ſtitiam, ſed tuam profuſiſsimã miſericor-
diam. Licétque antehac propenſiſsima
tua erga nos indulgẽtia, chariſsime Deus,
ingratiſsimi filii abuſi ſumus, qui toties
Prophetarum tuorum vocibus ad Euan-
gelii tui libertatem[15] prouocati, & ab er-
roribus aliquando tandem reuocati: no-
ſtris tamen[16] affectibũs, quàm tuæ[17] vo-
luntati parere maluimus: ne prorſus tamen
nos electos velis, at aliqua ſaltẽ ſolitæ mi-
ſericordiæ tuæ aura iterum nobis aſpiret,
precamur. [18] Adhibe Deus noſter aurem
tuam vt audias, & aperi oculos tuos vt reſ
picias ærumnas ac ruinas patriæ noſtræ,
fratrúmque lugubres gemitus, noſtrũque
hoc triſtiſsimum exilium. Dáque has no-
ſtras calamitates eſſe cæteris nationibus
documẽto, in quas diſpergimur, quo no-
ſtris malis admoniti, obſequentius tuo E-
uangelio acquieſcãt: ne ob ſimilẽ verbi tui
contemptum, paria aut maiora[19] damna
luant. Domine audito, Domine clemens
eſto, Domine attendito, fer opem, & ne
nimiũ differas: verũ ob dilectum filiũ tuũ
[20] Ieſum promptæ miſericordiæ tuę nobis
ſucurrat patrociniũ, quovniuerſo orbi in-
notеſcat te ſolũ ac perpetuò eundem eſſe
Deũ, qui hos nũquã[21] deſtituas, qui ſacro-

14 Tit.3.a,2.tim.1.b
15 Gal.4.5.a
16 Gal.5.b.c
17 Zach.7.b
18 Pſal.71.a
19 Mat.11.c,12.d,luc 10.c
20 Ioh.16 e
21 Pſal.103.108.a,136.a

ſanctum nomen tuum inuocant, Amen.

Altera confitendi ratio ad omnes hominum ordines ac tempora ex æquo pertinens.

MIſeri & abiecti homunculi coram te æterne Deus, ac totius miſericordiæ pater agnoſcimus ac confitemur noſtra [1] flagitia & infinita ſcelera, quæ quotidie aduerſus te perpetramus, tãquã hi, qui in [2] iniquitate concepti & nati [3] perpetud malum deſignare non deſinimus. [4] Caro enim aduerſus ſpiritũ reluctatur, adeóque ad vitia nos vrget ac impellit, vt tua ſaluberrima præcepta tranſilientes, pœnas [5] ſempiternas meritò nobis accerſimus. Attamen mitiſsime Pater, quum nos noſtri tædeat ac ſcelerum in te noſtrorũ pœniteat, te ſuppliciter obſeruamus, noſtri vt miſererearis, nobiſque cõdones, & Spiritũ tuũ ſanctũ indies intra nos adaugeas, quo miſeriæ noſtræ ſenſum non ſolũ [6] perſentiſcamus, verũetiã carnis affectibus exuti, fructus eximios, tibíq; gratos proferamus. Neque hoc abs te Domine, propter noſtra merita cõtendimus, ſed ob [7] amorem ſolũ Filii tui Ieſu Chriſti, quẽ vti ſemel dediſti idoneã oblationem ad expiãda peccata, ita pſuaſiſsimũ habemus, te nobis eius [8] nomine rogãtibus nihil negaturũ, qp cũ volũtate tua faciat. nã tu [9] Spiritus animis teſtatur noſtris, te nobis Deũ fore ꝓpiciũ, nóſq; filios tuos ſic amare per ipſũ, vt nulla res vnquã

1 Rom. 3. c, pſal. 14. b
2 Pſal. 51. a
3 Rom. 7. d
4 Gal. 5. c
5 Ro. 2. a, ier. 3. & iſa. 40. b
6 Ro. 6. a, col. 3. a, ephe. 4. c, 5. a, 1. pet. 2. a
7 Ro. 5. a, ephe. 2. d, heb. 9. d
8 Ioh. 14. b, 16. c, mat. 7. b, iac. 1. a
9 Ioel 3. f, ro. 8. b. g

siue supera, siue infera nos ab amore, quo nos complecteris, sit diuulsura. Tibi ergo præstantissime ac optime pater, vnà cum filio ac Spiritu sancto, sit omnis honos & gloria ad omnem æui perennitatem. Amen.

His ita actis, Minister se ad concionẽ parat, prius inuocata Spiritus sancti ope, breui aliqua qua sibi videbitur, oratione. Confectam concionem excipit altera rursus precatio, cuius hæc subiicitur formula.

Tuis pedibus[1] aduoluti mitissime Pater, totóque pectore suspirantes, per Christum rogamus ac obtestamur, vt quod modò per verbi tui ministeriũ iactum est in animos nostros[2] semẽ, tã altas radices agat, vt néque persecutionis æstu arescat, néque illud vitæ huius solicitudo, ac diuitiarum illecebræ suffocent: sed tanquam in bonam terram satum, fructũ trigesimis, sexagesimis, & quidẽ centesimis pro tuæ voluntatis arbitrio ferat. Quoniámque multa postulat infirmitatis nostræ necessitas, quæ petituri in præsentia abs te sumus, imparti nobis[3] Spiritũ tuum sanctũ, quo

1 1. Par. 5. b, num. 26. a, deut. 9. c, iosu. 7. b
2 Mat. 13. a. b
3 Luc 11. b, rom. 8. c, 1. ioh. 5. c

quo dictante ex ardente petitione ac congrua voluntati tuæ, ea quæ postulaturi sumus proueniant. Ferat igitur opem [4] fragilitati nostræ tua firmitas, vt gratiæ tuæ vallo communiti, aduersus ignita satanæ spicula, è sublimi nos petentis, aduersus omnes malorum [5] impetus, quæcunque militant contra animam nostram, tuti ac inconcussi persistamus. Imprimis autem adauge in nobis [6] fidem, necubi in cælesti doctrina tua vacillemus. Adauge spem ac charitatem, pariter cum præceptorum tuorum obedientia: ne qua vsquam cordis [7] duritia, aut hypocrisis, ne qua oculorum [8] concupiscentia, aut mundi titillantis illecebræ, aut fastus vitæ, transuersos nos ab obseruantia voluntatis tuæ abripiat. Præterea quum in nouissima hæc tempora lõgè [9] exulceratissima incidimus, prouida nũc cura tua nos tueatur aduersus impressionem & incursus hostium, vbique nos persequentium, maximè autem aduersus Romani illius [10] Antichristi nephariam rabiem, & insanos tumultus. Quoniámque per electissimũ Paulum tuũ pro [11] cunctis etiã hominibus supplicare iubemur, non pro nobis tãtùm, sed pro his insuper rogitamus, quoscunque cæca ignorantia aut erroris seductio vbicúnque captiuos possi-

4 2.Cor 3.a, ioh 15.a, phil.2.b

5 Psal.40.c,1. pet.1.a,5.b

6 Luc.17.c

7 Psal.95.b, hebr.3.4.c

8 1.Ioh.2.c

9 2.Tim.4.a, 2.pet.3.a, iud. a.b.c.2.tim. 3.a

10 2.Thess.2.a, 1.ioh.2.c, apo. 13.d,17.d

11 1.Tim.2.a

det, vt in viam tandem ac in caulas tuas reducas, quò perducti in vnitatem fidei vnà nobiſcum, nóſque cum illis vnanimi ac concordi animorum [12]concentu te Deũ vnicum ac ſeruatorem noſtrũ euehamus. Porrò paſtoribus ac miniſtris, quos [13]verbo tuo ac eccleſię informandæ præfeciſti, aſpira gratiæ tuæ ſuppetias, vt tum moribus, tum doctrina ſalutari, quotidie magis ac magis propagantes Eccleſiam tuam, feliciſsimũ tibi animarum lucrum afferant. Pro Principibus denique ac magiſtratibus vbicunque conſtitutis, qui tuas quodam modo vices in terris repræſentantes, rerum [14]gubernaculis tua prouidentia adhibentur, tuam appellamus indulgentiã, [15]vt corda eorum quæ in manu tua ſunt poſita, tuis auſpiciis dirigas. tum potiſsimùm vt ampliſsimum huius vrbis, in qua fouemur, ſtatum, illius conſules cum reliquo grauiſsimo ſenatu, ac vniuerſo reipublicę ordine, ita conſeruet tua pietas, ita dirigat moderatrix prudentia, vt ad rectam voluntatis tuæ normã omnia adminiſtrãtes, in coercendis ſceleribus, in conſeruanda religione, [16]morúmque diſciplina, nũquã diſcedant ab archetypo tuæ nobis præſcriptæ æquitatis, cui nihil placere poteſt, niſi quod rectũ ſit, ac modis omnibus integrũ. Nec patitur interim charitas Chriſtiana eorũ nos obliuiſci (ſumus enim eiuſdẽ o-

12 Rom. 15. b, 1. cor. 1. b, eph. 4. a

13 Ioh. 21. d, mat. 28. d, 1. cor. 9. c, 1. pe. 5. a

14 Rom. 13. b, ieh. 19. b,

15 Prou. 21. a

16 1. Tim. 2. a, tit. 1. d

mnes corporis[17] mẽbra) quibus incũbit[18] af- 17 1.Cor.12.d, rom.12.a
flictio aliqua, aut huius vitæ acerbitas, siue bello, peste, inedia, morbo, pauperie, carce- 18 iac.5.c
ribus, persecutiõe, exilio, siue quocũq; alio 19 2.Cor.1.b, heb, 13.a
molestiæ genere, tũ[19] corpore, tũ animo di-
uexatis, quos vt subleuet tua lenitas ma-
gnopere obtestamur, addito patientiæ do
no, quoad finito tandẽ cruciatu, læta illa
ac expectata in regno tuo succedat trãquil
litas. Postremò, quoniã præcipuã pietatis
partem[20] parentibus, cognatis, amicis, ac 20 Exo.20.b
patriæ debemus, etiã atque etiam te cõpre
camur (omniũ seruator Dẽ) vt Anglię no
strę te misereſcat, quę sub acerbissimo, sed
iustissimo quidẽ flagello nũc tuo, laborat
afflictissima.[21] Lupos istos plæbicidas, qui 21 Mat.7.c. act.
aperto ore grassãtur in ouile tuũ, suo ser- 20.f
uiẽtes[22] abdomini subrue. Gentẽ illic tuã 22 Ezech.34.a,
quondã liberã, nũc sub Babylonica capti- rom.16.c, phil.
uitate tristissimã seruientẽ seruitutẽ, resti- 3.d
tue, tũ hos præcipuè, quos Antichristianæ 23 Hebr.13.d,
huius[23] persecutionis tẽpestas affligit, quos[24] car rom.8.g, psal.
ceres ac vincula tenẽt, de mactatione quoti- 43.d
die piclitãtes, euãgelicæ pietatis ergò. Quã 24 Ioh.26.f
tũuis[25] humana ope destitutis, adsit tamen 25 1.Pet.1.b
lenimẽ tuę cõsolationis, sicq; aĩos eorũ in
struat patiẽtiæ tuæ robur, vt fortes alacrés- 26 Act.2.d, mat.
que eò[26] insequãtur, quocunque[27] voluntas 10.d, luc.21.d
tua iusserit, vt tandem siue per[28] mortẽ 27 Rom.14.b
siue vitam ipsorum, regnũ Filii tui magis

inclareſcat per vniuerſum orbem: in cuius nomine ſupplici reuerẽtia hunc in modum te comprecamur.

Pater noſter, &c.

LArgiri velis æterne Pater, mentibus noſtris firmam ſtabilémque in fide tua perſeuerantiam, quæ continuis[1] auctibus indies grandeſcat in nobis, vſque ad menſuram adultę[2] perfectionis in Chriſto, quã ipſi nunc profeſſuri ſumus.

1 *Luc 17.b*
2 *Ephe.4 a*

Credo in Deum Patrem, &c.

Demum poſt decantatum Pſalmum, cum huiuſmodi precatiuncula dimittitur cœtus.

BEnedicat vobis Dominus, & cuſtodiat vos: illuminet Dominus faciem ſuam ſuper vos, & miſereatur veſtri. Attollat Dominus faciẽ ſuam ſuper vos, & det vobis tranquillitatem. *Num.6*

Gratia Domini Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti, ſit cum omnibus vobis, Amen. *2.Cor.13*

Non

Non neceſſe erit ſingula hæc, ſingulis diebus repetita eſſe, ſed à confeſsione tantũ aliqua auſpicatus, miniſter cõcionẽ aggredietur, quam vbi abſoluerit, precatione, vel eadem hac quæ præcedit, vel alia quacunque propria, pro inſtinctu animi ſui, vti licebit: quæ nec ab argumento concionis ſuæ, nec à temporis præſente opportunitate, admodum digrediatur.

Sin verò præſens aliquod periculum famis, peſtis aut belli ingruat, quod apertum indicium ſit diuinæ vindictæ, non modò non eſt ſatis noſtra flagitia, huius alioqui ſupplicii incendiũ ore tenus confiteri, ſed nos luctui, ieiunio ac orationi dare: quæ nobis in Scriptura ſacra commẽdantur, tanquam expeditiſsimæ & abſolutiſsimæ rationes ad reconciliandũ Dei fauorem. Quocirca, in eiuſmodi anguſtiis, paſtoris erit & populum ſedulò huius tantæ calamitatis admonere, & preces ſuas ad tempus ac loci opportunitatem accommodare: cuius quoque rei gratia, certum aliquem diem ſingula quaque hebdomada, eccleſiæ conſenſu poteſt ſtatuere.

Leu. 26. d
Deu. 28. b
1. Reg. 8. d
2. Sam 24. e

MODVS AC FORmula Baptiſmi.

Quandoquidem mulierculis non permittitur ex verbo Dei vel cõcionari, vel adminiſtrare ſacramenta, ſimilitérque conſtat hoc non eſſe ſacramentorum inſtitutum, vt ſeorſim in angulis, veluti incantationes ac præſtigiæ demurmurentur, ſed contrà verbi miniſterio, ceu teſſeræ quædam ac ſigilla adiuncta, Eccleſiæ vtilitati inſeruiũt: ſtatutum eſt, vt infantulus Baptiſmo initiandus, primùm ad publicã Eccleſiã adducatur, deinde vt in legitimo die fiat, quò videlicet à frequenti populo confluxus ſit ad concionem: ſed ità vt cum ſponſore aliquo pater infantis (niſi quid eum grauioris negotii detineat) adſit perfecta mox concione, ab eiſdem infans miniſtro exibetur, qui in hanc eos ſententiam interrogat.

1. Cor. 14. f, 1. tim. 2. d, mat 28. d

Verbũ Dei trãſgredi ſummũ ſcelus eſt, magiæ & idololatriæ ſimillimũ, 1. Sam. 15. e.

Quãmque verò periculo plenũ ſit, aliquid abſque verbi Dei authoritate aggredi, exemplo eſſe debet, quod de Saule, Oza. Ozia, Nadab & Abihu legitur. 1. Sam. 13. c, 2. ſam. 6. b, 2. chro. 26. c, leu. 10. a, num. 3. a

Miniſter.

VOs, an infantulum hunc exhibetis ad Baptiſmi lotionem? ſeriò id expetentes, vt per lauacrũ regenerationis, in myſticum Chriſti corpus inſeratur?

Sponſores.

Seriò ac impenſè efflagitamus.

Miniſter.

Primùm in hac re igitur perpẽdendum eſt fratres, quopacto Deus nõ in filios ſolùm nos adoptauit ſibi inautoratos in feliſ-

1 Rom. 8. c, gal. 4. a, ephe. 1. a, 2. c

licisſimã eccleſiæ ſuæ ſocietatem, ſed addito inſuper firmiſsimo promiſsi fœdere, ſe obſtrinxit [2] Deũ fore nobis, ſeminſque noſtro vſque in milleſimã generationem. Hócque fœdus vt olim cum priſci teſtamẽti populo pepigit, per [3] circunciſionis teſſeram, idem & nobis noui teſtamenti filiis renouauit, [4] per Baptiſmi ſacramentum. Quo nomine nihil addubitemus, & noſtros infãtulos, pari promiſsionis iure, ad eũ pertinere, ac proinde defraudari his lauacri ſymbolis minimè oportere, quibus ceu peculiarib. ſui ducis [5] inſignib⁹, à reliquorũ infideliũ paganiſmo ſecernantur. Neque enim tã præfractè hic Stoici ſimus, vt nullos putemus in ſacraméti huius cõmunionem admittendos, niſi qui rationis, ac fidei vim præſentem explicant. Satis eſt eos in album filiorum Dei pariter accenſeri, ſúbque eadem nobiſcũ [6] promiſsione incluſos, remiſsionem peccatorũ ſortiri, ac dominicę paſsionis cõpotes fieri. Quod ex [7] Paulo dilucidè cõſtare poterit, qui infantulos, ſaltem ex alterutro parentum fideli prognatos, mũdos tamẽ pronũtiat. [8] Quid? q̃ Dominus noſter ac ſeruator Chriſtus, infantulos nõ ſolũ ad eũ adferri, ſed illis in vlnis cõplexis beneprecatur. Quibus argumẽtis ſatis nos docet Spiritus S. etiã in-

2 *Gen.17.a,exo.20.a,deut.7.eſa.39.d*

3 *Gen.17.b, rom.4.b*

4 *Col.2.c,gal.3.d,act.2.f*

5 *Act.10.g*

6 *Act.2.d, 1.cor.7.c*

7 *1.Cor.7.c*

8 *Mat.19.b, mar.10.b,luc.18.a, pſal.22.d*

fantilem ætatem non eximendam è ſocietate ac regno Dei, quin peccatorum remiſſionē ad eam etiā ipſam nihilominus pertinere in Chriſto. Quæ cùm ita ſint, planè ſine iniuria his intercludi vſus fructúſque Baptiſmi non poterit. Quos enim Chriſtus ipſe non voluit à rebus ipſis eſſe alienos, nos an vmbras duntaxat ac formas rerum illis non dignabimur? Quanquam hic rurſus adhibenda cautio eſt, ne ſic externæ actioni prorſus affigamur, vt ſi quis [9] ante Baptiſmum præmatura morte abripiatur infantulus, eum certę dānationi illi co ſubiiciamus. Sed reſpiciendū eſt potius ad obedientiā, quam Chriſtiani omnes voci ac imperio Chriſti noſtri ducis debeamus, qui per vocē [10] Euangelii omnes promiſcuè, citra exceptionē, ad Baptiſmi cōmunionē vocat, quicunque ſub Patris miſericordia continentur. Neque enim quibus vita deeſt ad Baptiſmum, ſed quibus in vitæ copia voluntas adeſt Baptiſmi cōtemptrix, eos demum indignos Chriſti ſocietate ducimus: quippe qui illius ordinationem cum contemptu reiiciunt, in hoc paratā, vt in tanta ſenſuū noſtrorū tarditate nobis pro teſtimonio & documēto fidei confirmādę inſeruiret. Itaque ſacramē tum hoc aqua [11] peragi præcepit Chriſtus, quò

9 *Rom.4.b, gal. 3.a, iac.2.d, gen.15.b, 17.b*

10 *Marc.16.b, mat.28.d*

11 *Mat.3.c, 1.ioh. 5.b, 1.pet. 3.d, 1.cor.10.a.*

quòd videlicet, externæ huius lotionis du
ctu ac ſimilitudine, facili[9] influeret animis
noſtris, vis ac efficientia paſsionis ipſius, in
abluendis animis noſtris [12] natura vitiatis,
ac lætifero peccati veneno infectis. Cuius
veneni [13] feces, licet in carne vſque inhæ-
reant: tamen in Chriſto iam inſitis, non
[14] imputantur, intus nos abluente [15] ſangui
nis illius aſperſione, haud aliter quàm cor-
pus externa lotione repurgatur. Vbi tamẽ
hõc rurſus monendum eſt, ne in externa
aqua, aut actione ipſa tantùm ineſſe ener-
giæ putemus, quaſi ipſum per ſe elemen-
tum peccata expungat: multos enim bapti
ſatos fuiſſe conſtat, quorum animi nihilo
tamen emaculatiores ſunt redditi. Verùm
ea res duntaxat ad Chriſtum referẽda eſt:
qui, vt author exiſtit Sacramenti: ita non
dubium quin ſimul cum Sacramento præ-
ſens affuturus ſit, per opportunam gratiã
ſuam, id intus in animis [16] ſuorum perfi-
ciens, quod externa hac aquæ perfuſione
innuitur. Eáque ſpiritualis noſtra eſt [17] re-
generatio, quæ duabus potiſsimùm rebus
cernitur, Mortificatione, quæ debellatrix
eſt affectuum in carne tumultuantium: ac
Vitæ nouitate, quæ nũquam non ſolicita
eſt, vt ad puritatis perfectionem conten-
dat. Et quanquam [18] lucta quædam ac mi-

12 *Eph.2.a*
13 *Rom.7.c*
14 *Rom.4.a,gal.3.a, pſal.32.a*
15 *Rom.6.a,gal.3.d*

vt de Iuda, Simone Mago, Hymeneo, Alexandro & Phileto ioſtat.

16 *Act.2.g,13.g*
17 *Eph.3 a,col.2.b,1.cor.12.b, rom.6.a*
18 *1.Pe.2.b,luc.22.d,io.7.b*

litia cõtinua est, vita hæc nostra super terram: nec tam continua, quàm vehemens etiam & varia, quippe tot salebris in hoc itinere impediti, tot periculis ac insidiis quaquauersum occursantibus obsiti, tot hostibus in exitium nostrum intentissimis, impetiti sumus: qui nunquam desinunt nobis molestiam facessere. Pugnamus tamen aduersus tot impetus, pro sua quisque statione, licet non sine magno tædio: non sine maiori tamen fructu. Nam cùm cælestis Christi potentia (quam in Baptismo induimus) nunquam suos desertos patitur, tum potissimùm [19] concertationes hæ, atque agones aduersus peccatũ, mortẽ, ac inferos nos certius confirmant, quòd Deus Pater non immemor sui fœderis, quod nobiscũ in Christo Filio pepigit, nõ solùm hos motus, ac resistẽdi volũtatẽ sufficit suggerítq;: sed & firmã addit porrò fiduciam [20] victoriæ olim plenæ consequendę. Quapropter non modò satis fuerit (in Christo fratres) nos ipsos semel Baptismo tinctos esse: quĩ etiã nõ parũ id contulerit, subĩde nos Sacramẽti hui⁹ administrationi interesse, quò sæpi⁹ repetẽtes memoriã diuini [21] fœderis nobiscum initi, se nobis [22] Deũ ac Patrẽ, nos illi in populũ ac filios fore ꝓmittẽtis, occasionẽ hinc maiorẽ accipiamus

19 Rom. 8. a, iac. 1. a, 1. pet. 1. a, eph. 6. b

20 1. Co. 15. g, ose. 13. d, hab. 2. d, iob 16. d

21 Deut. 6. a, ios. 1. b

22 Ier. 31. f, hab. 8. c.

piamus explorãdi tum fidẽ noſtrã, quò magis reuigeſcat, tum mores, vt reſpondeant profeſsioni. Ad hæc vos qui parentes eſtis, haud mediocrẽ hinc conſolationẽ referetis, cùm liberos veſtros in Eccleſiæ Chriſtianæ cõplexus, ſimúlq; in diuinæ prouidẽtiæ [23] clientelã recipi intelligatis. Quæ res cùm vobis ſũmo eſſe ſolatio poterit, tũ impenſius vigilãtiã veſtrã excitare debet, vt diligentius iſtos Dei ipſius alumnos in [24] cognitione ac timore Dei informãdos accuretis. Qua in re ſi remiſsiores futuri ſitis, non tam illorũ ſaluti [25] officitis, quos nulla noticia diuinæ volũtatis ac præceptorũ imbuitis, quàm vobis ipſis grauius accerſitis dãnationis põdus, qui incuria veſtra horũ animulas, adorãdo Chriſti ſanguine redẽptas, à Domino ſuo turpiter deſciſcere, ac ob ignorãtiã perire ſinitis. Dãda igitur eritvobis opera, ne malæ fidei hìc ſpõſores videamini: verùm pro officio veſtro ſic curetis infantulos veſtros ſimul cũ ætate inſtituendos, in ſana Chriſti [26] fide: vt nuſquã figẽtes ſalutis ſpẽ, præterquam in illo vno: omnẽ idolatriã, Papiſmum ac ſuperſtitionem effugiant. Idq; quò certius nobis conſtet nũ rectè præſtare valeatis, vos qui parentes ac fideiuſſores adeſtis, publicitus hìc fidei veſtræ articulos profiteamini.

23 *Mat.6,18.b, luc.12.a*

24 *Deut.4.b,6.a,11.c,eph.6.a*

25 *1.Sam.2.f, 2.reg.2.a*

26 *Gen.18.c,deu.32.g*

Sub hæc pater, aut eius (si absit ipse) nomine fideiussor, fidei summã reddit: quod vbi perfectum fuerit, minister ita precatur.

DOmine Deus, Pater æterne & omnipotens, qui pro infinita misericordia tua pollicitus es, non solùm te nobis: sed & liberis nostris Deum fore ac Patrem, rogamus, vt quemadmodum nos ad tantam hanc gratiæ ac fidei communionem vocare fis dignatus: ita infantulum hunc, quem ex Verbo tuo Baptismi symbolo insignimus, [1] Spiritu tuo sanctifices, ac in electorum tuorum [2] societatem recipias, adeò, vt grandescens, te solum verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum [3] agnoscat, eique omni vitæ suæ cursu seruiat, & Ecclesiæ [4] prosit: donec post finitum vitæ huius curriculum, ad cælestium [5] bonorũ perfruitionem, tanquam viuidum corporis membrum perducatur, vbi regnat Christus in omnem sęculorum perennitatem: cuius te nomine, ita vt instituit, comprecamur.

1 Rom. 3. d, 4. c, 8. c, 2. Co. 5. d, eph. 2. d, 3. d

2 Gal. 3. d, phil. 3. c, 1. pe. 1. a

3 Rom. 10. b, io. 17. a

4 Ro. 12. b, 1. cor. 12. a, 1. thes. 5. c

5 1. Cor. 2. c, 10. 6. d, tit. 3. b

Pater noster, &c.

Post hæc minister scisciatur pueri nomen, quo reddito, mox aquam accipit, simúlque frontem eius aut verticẽ molliter perfúdit, cum his verbis,

1 Mat. 28. d, Mar. 16. a, act. 2. f

N. [1] Baptiso te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Sequitur

Sequitur rursus precatiuncula.

QVandoquidem sanctissime ac optime Pater, tu is es, qui nõ solùm communibus, vt reliquum genus hominum, beneficiis: sed inusitatis ac stupẽdis nos prolixè [1] ornas & cumulas: meritò ad te animos & oculos attollimus, ac gratias, quas possumus maximas, pro infinita tua clemẽtia habemus: qui nõ tàtùm nos in [2] Sanctorum tuorum contubernium conscripsisti: verùm liberos etiam nostros gratuitò ad te accersis, atque adeò Sacramento hoc, id est, præclarissima amoris tui tessera, consignas. Quamobrem, benignissime Pater, licet tenuiores simus, quàm vt tam eximiam munificenciam promereamur: (imò si pro [3] meritis nos tractares nostris, mortis ac æterni supplicii necessariò lueremus pœnas) tamen propter Christum nos te obsecramus tuum, vt & hãc gratiam in nobis confirmatiorem reddas, & infantulum hunc, quem tibi communibus votis offerimus ac consecramus, in patrocinium tuum recipias: néue patiaris, vt eò ingratitudinis vnquam deueniat, quò huius Baptismi vim [4] extĩguat: sed vt te semper tãquam parentem propitium, per Spiritum tuum sanctum præsto sentiat, cuius diuina ope satanam ac peccatum tandiu pro-

1 Eph.2.a.b, 1. pe.2.b, ose.2.d. 2.pe.2.d

2 1.Pe.2.b, eph. 2.d

3 Rom.2.a, ier. 3.g, isa. 40.b, luc.17.c

4 2.Cor.6.d

pellat, quoad tandem victoriã adeptus, in iuſtitiæ ac libertatis tuæ regnũ euehatur.

RATIO ADMINIſtrandæ Cœnæ Dominicæ.

Quo die Dominica Cœna peragitur, quæ ferè de meſe in menſem fit, aut quoties ex vſu Eccleſiæ magis videbitur, miniſter in hanc formam exorditur.

ANimos auréſque ſumma attentione (viri fratres) accommodemus, audituri ex Paulo cap. prioris ad Cor. 11. quibus verbis ac ritibus Chriſtus ſacrã ipſius Cœnam peregerit. Sic enim ille,

Ego accepi à Domino, quod etiam tradidi vobis: quòd Dominus Ieſus nocte qua traditus eſt, accepit panem, & gratiis actis fregit, & dixit, Accipite, edite: hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei memoriã. Similiter & calicẽ, poſtquã cœnauerant, dicens, Hic calix nouum Teſtamẽtum eſt, in ſanguine meo: hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei memoriam Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & biberitis hunc calicẽ, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Itaque, qui ederit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſãguinis Domini. Probet autẽ homo ſeipſum, & ſic de pane edat, & de calice bibat. Qui enim ederit aut biberit indignè, iudicium ſibi edit ac bibit, non diſcernens corpus Domini.

His recitatis pergit tum ille.

ACceſſuri ad ſacram Cœnæ Dominicæ ſynaxim, enixè modíſque omnibus id agamus (in Domino dilecti) iuxta Paulinum conſiliũ: vt in ſe quiſque deſcendens, diligenti examine ſeipſum etiã atq; etiam excutiat, priuſquã huic tam ſacro & ſublimi cõuiuio ſe temere immiſceat. Nã vt fructus cõmodáq; hinc nõ exigua accipiũtur, ſi qua dignũ eſt pœnitentia, ac fide religioſa accedam⁹ (percipim⁹ enĩ ſpiritualiter corpus ſãguinémq; Domini, nóſq; in Chriſto inhabitamus, atque in nobis ille, idémq; cũ illo, atque in illo corpus efficimur) ita viciſsĩ res nõ parũ periculoſa eſt, ſi illotis manibus, ſecúſq; q̃ par eſt, ad tam religioſa ſacra nos ingeſſerimus. Rei enim corporis ac ſanguinis Domini reddimur, propriámq; manducamus & bibimus damnationẽ, nõ diiudicãtes corp⁹ Domini: ex quo graues ſępe immittuntur calamitates, morbi, ac ærũnæ, multíque exiſtũt cauſæ, cur dormiunt multi. Proinde, ſi quis ſit in Deũ [2]blaſphem⁹, ac Verbi illius violator, ſi quis adulter, aut maleficus, ſi qua malitię, luoris, aut noxæ capitalis cuiquã inhæreſcat ſpurcitia, is ſuã deploret fœditatem, nec ſe huic mẽſæ adiũgat: ne velut in [3]Iudã, in illũ inuolãs ſatan, omni repleat iniquitate, tũ corporis, tũ aĩæ periculo. Quocirca ſuã quiſq; cõſciẽtiã iudicet ac exploret, ne

1 Ioan. 6. g

2 Gal. 3. d

3 Ioan. 13. d

à Domino iudicetur. Offenſas præteritas
4 præſenti[4] pœnitentia eluamus, ac[5] fidē in
Ma.3.c,tit.2.c Chriſto firmam ſtabilémque retineamus,
5 nuſquam ſalutis ſpem figentes, niſi in il
Act.4.c.gal. 2.d lius duntaxat meritis ac morte vnica. Si-
múlque cum omni obliuione præterita-
rum[6] iniuriarum, ſummam tueamur cha-
6 1.Pe.2.a,1.co. ritatem erga proximos: vt iam defecatiſsi-
13.d, eph.4.a, mis animis, ſimúlque apud nos firmiſsimo
concepto propoſito vitæ ſanioris dignos
nos in hoc Sympoſio cōuiuas præbeamus.
Porrò quoniā in teſtaceis vaſculis adhuc
Theſaurum hunc portamus, necdum fra-
gilis naturæ noſtræ conditio prorſus car-
nis ſenſum exuit: propterea, ſi qua menti-
bus noſtris forſan obſtrepat infirmitas, pu
ta vel fidei corruentis, vel fractæ fiduciæ:
aut alioqui minus feruescat pectus in glo-
riam Dei, ſiue alia quacūque imperfectio-
ne attentemur, (omnes enim imperfecti in
hac vita ſumus) memores tamen diuinæ
pietatis, quæ
7 Rom.7.c,phil. 3.a,2.cor.3.a
[7] volūtatis ſaltem conatus ap
probat, vbi facultas deſideratur, nequa-
quam ea nos res remorari debet, quin ala-
cri fiducia huc confluamus, nihil diffiſi bo
nitati illius, quin quantumlibet indignos:
nos tamen propter Filium dignos ſpiritua
lis huius menſæ communione ſit habitu-
rus. Neque enim eo animo, aut fine hue

accedimus venditandi iusticiam nostram, aut fiducia aliqua, quasi baculo nixi operũ nostrorum: sed ea duntaxat iustificatione, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Haud aliter de nobis ipsis sentiẽtes, quàm quòd natura sumus filii iræ & damnationis. Huc igitur tanquam ad vnicam medelam ac solatium adflictarum mentium aduolemus, certissimè persuasi, nihil esse quod à nobis Dominus tam impensè exigat, quàm vt nostram agno scẽtes miseriã, ad illius misericordiam nos recipiamus. Postremò, quò aptiores simus perfruendis illius meritis ac beneficiis (qua in re verè sita est [8] corporis illius ac sanguinis pastio) hîc admonendi sumus, ne tantoperè infixi externis istis ac visibilibus rerum (quæ sub sensus cadunt) simulachris, Christum ipsum, velut in pane vinóque inclusum, quæramus. Nec imaginemur facta naturarum permutatione, vinum panémque in Christi carnem μεταμορφῶσθαι. Altius attollendi sunt animi, siquidem Christi corpore ac sanguine nos pasci ac refici volumus, vsque in cælos ipsos fide syncera ac sublimi penetrandum est: vbi Christus ipse verè [9] agit, verus Deus & verus homo, in inaccessa ac incõspicua gloria sui Patris, cui gloria & honor in omne ęuum, Amen.

[8] Ioan. 6. f

[9] 1. Tim. 6. d

D.

Habita hac præneſi mox ad menſam reliquo populo promiſcuè conſtipante accumbit, ibique pane accepto, gratiarum actionem in hanc aut aliam conſimilem formam pro Miniſtri ipſius arbitratu, annectit.

PAter miſericordiarũ, ac omnis cõſolationis Deus, cuius omnipotens numen cùm per vniuerſũ orbẽ quicquid vſquã eſt
1 *Apoc.3.c* [1] creaturarum & ſentit, próque ſua cuiuſque natura bonitatẽ decantat, quanto magis nos quos ex nihilo in tantum honorem euexiſti, perpetuis te laudib⁹ ac gratiis attollere ac venerari conuenit? Primũ quòd ad imaginem nos tuam condidiſti, tum verò maximè, quòd ex horrendę damnationis mortíſque dira
2 *Eph.2.b, gal.1.a, gen.3.c* [2] ſeruitute, in quam per peccatum ſatana authore, inducti ſimus, in ius ac libertatem vitæ reuocare dignatus ſis. Quos quum nec Angelorum nec hominum quiſquam
3 *Act.4.c, heb.1.d, apo.5.a* [3] iuuare poterat, tua tamen pietas, qua cætera opera tua omnia vincis, promptum inuenit rebus vndique conclamatis remedium, miſſo videlicet vnigenito Filio tuo, qui noſtra
4 *Ioh.3.c* [4] cauſa homo factus, noſtríque per omnia (extra peccatum duntaxat) ſimilis, recepta in ſe ſupplicia, flagitiis noſtris commerita, adorãdo ſuo corpore
5 *2.Pet.2.d, iſa.43.d, 53.a* [5] dependit, morte ſua iuſtitiæ tuæ dedit ſatis: pérque reſurrectionem eum
6 *Heb.2.d* [6] abol-

boleuit, qui mortis author esset, producta in lucẽ vita, quã olim infeliciter vniuersa Adamicæ propaginis posteritas perdideramus. Quæ tandem humanæ mẽtis aut cuiusquã creaturæ vis ac potestas tãta, nõ modò[7] exprimere, sed & cogitando consequi poterit, immensam illam omnísque dimensione superiorem philanthropiã, quę te eò perpulit, vt nos adeò nihil meritos, imò pessima quæque commeritos, tot promissis honorares, vita remunerares, quibus iustissimis nominibus debebatur mors: in felicitatẽ fauoris tui reduceres, qui nihil aliud quàm tuis imperatis rebellare poteramus? Non patitur, benigne Pater, naturæ nostræ tanta crassities satis pro amplitudine rerum æstimare, quæ quantáque munera effusissima largitas tua in nos accumulat, tum aliàs tum in his potissimum mysteriis, à quibus infirmitatis nostræ conscientia meritò nos deterrere poterat, attamen cum[8] mandato Filii tui hæc iubemur facere, crescit simul cum timore fiducia, quò alacrius ad Cœnam hanc (quam pro testamentario monumento suę mortis nobis reliquit ac commendauit idem dilectus Filius tuus Iesus Dominus noster) nos conferimus, hoc velut

7 Ephe. 3.e

8 Mat. 26.b.e, luc. 22.b

argumento publicè ac priuatim teſtantes,
9 quòd per eum vnum omnes 9 libertate ac
Ioan.8.d, gal. 5.c vita donati ſumus: quòd per eum vnum
10 nos agnoſcis filios tuos, quòd per eum ſo-
Eph.2.d, heb. 4.c, rom.3.c lum 10 ingreſſum habemus liberum ad gratiæ tuæ thronum, quódque per eum vnicum in certiſsima ſpiritualis regni tui poſſeſsione inauguramur, aliquando in feli-
11 ciſsima illa 11 menſa immortalitatis tecum
Lu.22.b, apo. 2.a ac cum Filio vnà accubituri, quo tempore reſuſcitati redibimus in vitam, fruituri cũ illo æterna felicitate, quã electis tuis ab exordio mundi præparaſti. Hæcque beneficia(ſumme Pater) quum agnoſcimus, nõ ex meritis noſtris: ſed ex gratuita tua miſericordia, per Filium vnicè dilectum, in nos profecta: meritò propterea, atque, vt par eſt, huius Eccleſiæ vniuerſus cœtus, ſempiternas tibi gratias in hac myſteriorum perfunctione agimus, ſempérque acturi per Spiritum omnipotentem Filii tui Domini noſtri, cui honos & maieſtas in omnia ſæcula, Amen.

Actis in hunc modum gratiis, miniſter panem acceptum frangit ac diſtribuit. Conſimiliter & calicem. Illi viciſsim inter ſe vbi acceperunt, diuidunt. Interea dum hæc aguntur, recitatur per lectorem idoneum Scripturæ portio aliqua, ad inſtitutum præſens maximè

ximè accommoda, vt non ſolùm oculorum & aurium ſenſũ in his ſignis defixum teneamus, quæ à nonnullis verba viſibilia dicuntur: ſed animo multò magis ac mente intuea mur in mortem Domini, quam hoc Sacramentum nobis graphicè delineat.

Finita deinde Cœna, rurſus in hæc verba gratias agit,

OPtimo iure (Pater optime) tibi ampliſſimas gratias perferimus: qui pro ſingulari indulgentia tua, quam impuriſsimi peccatores minimè promerebamur, ad chariſsimi Filii tui [1] contubernium, nos inuitare ac admittere volueris, quem pro nobis confixum, totum huic mundo, velut lætiſsimum quoddam [2] epulum, refocillandis ac nutriendis animis noſtris præbuiſti. His iam beneficiis hoc porrò adiice, benigne Pater, ne quando in eam prolabamur ingratitudinem, vt tantarum rerum obliti, vel officii noſtri immemores reperiamur. Verùm ea ſic animis noſtris infixa velis, quæ dederis, vt perpetuò tuæ beneficentiæ memores, magis magiſque indies [3] adoleſcamus ad fidei grandiores neruos, quæ in continuis bonarum virtutum officiis operoſa eſſe ſoleat, tum potiſsimùm temporibus his [4] afflictiſsimis aduerſus ſatanæ furias, brachii tui nos confirmet potentia, vt te adminiculante, fidei noſtræ

1. 1.Cor.10.d
2. Ioan.6.f
3. Luc.17.b
4. 1.Tim.4.a, eph.5.d, 2.pet. 3.a

professionem integram in variis huius curriculi anfractibus constanter ad metã vsque tueamur: tum ad cæterorum exempla, tum ad [5] gloriam tui nominis, qui solus in omnibus ac super omnia Deus es laudandus in secula. Amen.

[5] Mat. 5. b, 2. pet. 2. b

His ad finem perductis, accinitur ab vniuerso cœtu, modestissimo concentu, Psal. 103. Benedic, &c. aut alius aliquis eiusdem momenti. Quod vbi factum, eadem qua suprà precatiuncula, concionem dimittit Minister.

LECTORI CANDIDO.

SI quis in Eucharistica administratione secum forsan miretur, cur hunc potius ordinem sequi maluimus, paucis consilii nostri rationem accipiat. Principiò Papistarum errorem explodimus. Sacramentis substantiã suam ac Christo itẽ suũ locũ permitim⁹. Verba quidẽ institutionis adducimus, non quòd ipsa panis immutent substantiam, aut ex eorum repetitione, cum intentione sacrifici, sacramentum per se constituatur, vt falsò somniant illi: sed eò à nobis adducuntur, vt ex his certissimam nobis gerendæ rei regulã petamus: atque vt fidei nostræ ore suo testetur Christus ipse, se hæc symbola dedicare in spiritualẽ vsũ nostrũ. Primũ igitur à probatione auspicati, suæ cuiusque cõscientiæ, iuxta Pauli decretũ, nosmet veluti præparamus ad tantæ rei dignitatem. Deinde post acceptũ panẽ sequuntur gratiæ. Inde mox fractio ac distributio, eodem ordine quo præcessit

ceſsit Chriſtus. Abſoluta demum Cœna, iterum reditur ad gratias, exemplo Domini, vt nihil citra certum verbi ipſius ductum, nobis hîc attentatum eſſe videas.

RATIO INSTITVendi Matrimonii.

PRimùm publicatio matrimonii ſemel, bis ac iterum per Miniſtrum in frequentia totius Eccleſiæ diuulgatur, diuerſis temporum vicibus, quò ſiquid videbitur quod ad quenquam pertineat, cuique ius ſuum vendicandi ac perſequendi facultas libera, tempúſque concedatur. Demũ poſt promulgatũ hoc modo quo diximus, contractum, adſunt in tẽplo initio concionis, ii qui inituri ſunt matrimoniũ, poſtulãtéque tempore Miniſter hûc in modum incipit.

Miniſter.

COnuentum eſt huc, fratres, hoc quidem tẽpore, vt hos ſimul coram Deo ac Eccleſia ipſius, coniugali nexu, ac in[1] honorifico matrimonii ſtatu coniungamus, quem ipſemet Dominus in[2] paradiſo primùm inſtituit ac conſecrauit, dũ ipſius ad huc hominis manebat innocẽtię puritas. Cũprimũ enim Deus cęlũ & terrã, horũq; ambitu quicq; d vſquã cõtinetur, cõdidiſſet.

1 *Heb. 13. a*

2 *Gen. 2. d, prom. 18. d*

Deinde & hominẽ ad ſuam ipſius conſtituiſſet imaginem, cui & præfecturã dedit in omne animantiũ terreſtriũ, natantiũ, ac volatilium genus. Non eſt, inquit, bonum hominem eſſe ſolum. Adiungamus adiutorium illi, ad eandem naturæ ſuæ ſimilitudinem: móxque ſoporem illi induxit, ſimúlque educta de latere coſtula, Heuam ſuo Adamo conſimilem effigiauit. Quæ res cumprimum declarat natiuam coniunctionem inter maritum & coniugem, qui duo in carne vna exiſtunt: tum potiſsimùm nobis [3] myſticam illam exprimit ſocietatem inter Chriſtum & Eccleſiam. Quapropter [4] deſerto patre ac matre, vir adhæreſcet propriæ coniugi, quam velut ſuam ipſius carnem complectetur: non ſecus atque Eccleſiam ipſius fouet Chriſtus, electorum videlicet, ac fidelium gregem, pro quibus ſuam impendit vitam. Conſimiliter & [5] vxor pari reuerẽtia proſequatur virum in rebus legitimis omnibus morigera, ſéque illi tanquam capiti ſubiectam eſſe per omnem [6] vitam, meminerit. Porrò quos conglutinat coniugalis neceſsitudinis vinculum, ſic ſibi inter ſe deuinciri cogitent, vt neuter ſuæ iam [7] poteſtatis ſit aut iuris. Siquidem ea matrimonii fides ac officium eſt, vt vxor ſui corporis po-

3 *Eph.5.g.*

4 *Gen.2.d, mat. 19.a, mar.10. a, 2.cor.6.d*

5 *Eph.5.c, col.3. c, 1.pet.3 a, 1. cor.11.a, 1.tim. 2.d*

6 *Ro.7.a, 1.co.7 g, mat.19.a*

7 *1.Cor.7.a, 1. pet.3.b*

poteſtatem non habeat, ſed maritus, itidem neque vir. Sic enim viſum eſt Deo marem ac fœminam coniungere, arctiſsima ſocietatis lege, ad liberorum procreationem, vt eos ſanctè [8] educandos curent, ad amplificationẽ regni Chriſti. Itáque qui ſic ſe matrimonii iure obſtrinxerint, coniungente Deo, nullo pacto ſe diuellant aut fraudent, niſi forte ad tempus, ac ex [9] conſenſu mutuo, ſtudio orationis ac ieiunii, neque diu à congreſſu tẽperent, ſed mox in priſtinam redeant conſuetudinem, ne tentet eos ſatan, qui nuſquam non vigilat in pernitiem noſtram. Vnuſquiſque igitur ſui animi & corporis conſcius, propter vitãdum ſtuprum, propriæ ſe addicat coniugi, ac illa viciſsim viro ſuo, necubi in incontinentiæ laqueum impingat. Qui enim tales ſunt vt ſecus ſe cõtinere nequeant, Diuino coguntur [10] iuſſu, inire matrimonii coniunctionem, quo templum Dei ſanctum, ipſorum videlicet [11] corpora, incorrupta, ac indelibata conſeruentur. Poſtquam etenim ſic toti Deo conſecrati ſumus, vt corpora noſtra vera membra ſint corporis Chriſti, cuius id fœditatis fuerit, eadem nos in membra putidi ſcorti transformare? Demus igitur operam, vt ſuum quiſque vas poſsideat cum

8 Eph. 6. a, 1. tim. 2. d

9 1. Cor. 7. a

10 Mat. 19. b, 1. cor. 7. b

11 1. Cor. 3. c, 6. d, Ieu. 26. b, 1. pet. 1. d

honore ac ſanctificatione. Qui enim templum ac domicilium Dei [12] polluerit, hunc perdet Dominus.

12 1.Cor.3.d, eph.5.d, 1.theſ. 4.b, rom.12.a

Hic Miniſter ad eos conuerſus qui matrimonium inituri ſunt, hac interrogatione vtrumque interpellat.

PRimùm hîc fidem veſtram obſtringo coram Chriſto, qui animorum omniũ [1] ſecreta & nouit, & iudicabit eo die quo ſinguli reddituri ſunt rationem, vt ſi quid comperiatis quominus hæ nuptiæ coire debeãt legitimè, ne diſsimuletis. Sic enim ſtatuite, nuptias illas quę ſecus quàm iuxta Diuini verbi prę ſcriptum ſuſcipiũtur, neque à Deo authore proficiſci, nec vlla ratione recta, ac legitima conſtare.

1 1.Cor.4.a, mat.7.a, rom.2.a

Si nihil impedimenti obiiciatur, tum Miniſter his verbis compellat populum.

QVotquot hîc intereſtis, amici in Chriſto fratres, mihi in hac re teſtes eſſe vniuerſos velim: precórque vt quæ hîc hodie geruntur, poſt hac memori in animo velitis recondere, ſi res fortè poſthac poſtulet teſtimonium. Præterea ſi quiſquam adfuerit qui nuptiis iam

iam cocuntibus refragari, aut contractus quoſcunque his opponendos aut remoram quamcunque aliam proferre queat: locus tempúſque ſententiam aperiendi liberè permittitur.

Si nemo quicquam reclamet, pergit hunc in modum Miniſter.

QVandoquidem neminem video qui ex aduerſo ſe opponat huic contractui, Tu N. coram Deo ac publica Eccleſiæ huius frequentia fidem obſirmabis tuam, penitus in animo decretum eſſe, vt N. hanc tibi ſponſam adiungas, deames, illíque adhæreas vni, cæteris repudiatis omnibus, quoad illi vita ſuppetat. Denique ſic præſtes erga eam coniugalem fidem, cum ſancta morum conuerſatione, quæ tum officio [1] tuo, tum Euangelicis præceptionibus reſpondeat.

[1] *Col.3.d,mat. 19.c,1.per.3.b, mal.2.d,1.cor. 7.d*

Sponſus.

ASTipulor recipióque coram Deo, Eccleſiáque ipſius, hęc me omnia per Diuinipotentiam effecturum eſſe.

Deinde ſponſam ipſam miniſter eadem ratione compellabit.

TV. N. dabis fidem tuam, atteſtante Deo ac Eccleſia ipſius, te firmo animi propoſito ſtatuere, vt. N. hunc ſponſum tibi ligitimis nuptiis adiunctũ habeas, promittens illi te [1] ſubditam morigerãque fore, cæteris quibuſque repudiatis, quoad victura ſis, confirmãs. Denique te ſic acturam cum illo in ſancta morum conuerſatione, cum omni fide ac integritate coniugali, vt ſacro Dei verbo præſcriptum ac imperatum eſt.

[1] 2. Cor. 11. a, pp. 3. e, col. 3. c, 1. tim. 2. d, 2. pet. 3. a

Sponſa.

ITa coram Deo ac Eccleſia ipſius polliceor me per Dei gratiam facturam.

Miniſter.

AVſcultate igitur Euangelicę lectioni, audituri quo pacto Dominus coniugalem contractum ſumma cum fide obſeruari, tum quàm firmam hanc eſſe coniunctionem voluit, quemadmodum in Matthęi decimonono expreſſum eſt.

Et acceſſerunt ad eum Phariſęi, tentantes

tes eum, & dicentes ei, Licet ne homini diuortium facere cum vxore ſua qualibet ex cauſa? Qui reſpondens, ait eis. An non legiſtis quod is qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit, Propterea deſeret homo patrem & matrem, & adglutinabitur vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus copulauit, homo ne ſeparet, &c. Si certa veráque hæc quę recitauimus ex Euangelio, creditis, firmum ac perſuaſum habete, & Deum vos ſimiliter conglutinaſſe, ſacro hoc & irrecuſſo nuptiarum vinculo: nunc veſtri officii fuerit, curare deinceps, vt connubialem hanc copulam morum comitate, fide ac caſtimonia indies arctiorem reddatis, quam arctiſsimè, interim retinentes mutuæ pacis ac charitatis nexum, tum ad tranquillitatem veſtram, nec minus ad piũ aliorum exemplum, tum potiſsimùm ad gloriam Dei qui vos coniunxit.

Inde Miniſter hac εὐλογία aut alia conſimili eos dimittit.

DOminus vos ſanctificet ac dirigat, Dominus ex prædiuite penu largiſsimos gratiæ ſuæ theſauros, vbertim in vos

effundat, vt tum corpore, tum animo illi placeatis in omnibus, ac vitam cum ſancto mutuæ concordiæ complexu ſimul tranſigatis ad extremum vſque diem.

AMEN.

His ita habitis decantatur Pſal. 128, Beati omnes qui timent Dominum, &c. aut ſaltem alius, qui ad hoc inſtitutum pertineat.

DE INVISENDIS ægrotis.

DE inuiſendis ægrotis, etſi res valde in vita neceſſaria ſit, quoniam tamen nihil de ea in vniuerſum præſcribi poterit:

hanc officii partem Miniſtri prudentis arbitrio relinquimus, qui ſumpto melius ex tempore conſilio, pro re nata, proque captu ac affectione ægrotantis, vel lætas illi ex Euangelica ſcriptura promiſsiones, tanquam mellifluum gratiſſimi ſaporis pharmacum, deliniendis animi vlceribus accommodare poterit: vel ſi nondum deiectum ſatis, at paulo confidentiorem perſentiat, diuerſam medendi viam ingrediatur, producens è Diuina lege comminationes, aſperiores quidem illas, at magis tamen hoc in loco tempeſtiuas, ad reprimendum ferocientis animi tumorem, donec ad iuſtam humilitatem ac notitiam ſui ſubſidat: non ſecus ac periti ſolent medici è myrotheciis non vnam quampiam panaceam pro ſingulis morbis afferre, ſed pro ſingulorum diuerſitate aliud, aliúdque μίξωμεσον pro ingenio receptuque affecti corporis depromunt. Prætera ſiqua ope corporali egere infirmus videbitur, Miniſter non animo ſolùm, ſed & corpore tenus præſtabit medicum: vel ipſe ſubueniens, ſi poſsit, aut ſi nequeat ipſe, ab aliis vndecunque corrogatam egeno opem adcurans. Poſtremò liberum ægroto fuerit quocunque velit tempore cõſilii auxiliíue

expetendi cauſa accerſere ad ſe miniſtrum, qui vbique expoſitus omnibus, ægroto non ſolum ſuis adeſſe precibus meminerit, ſed & publicis, ſi opus ſit, eccleſiæ precibus hominem commendabit.

DE SEPVLtura.

FVnus ad ſepulturam honeſtè ac decorè effertur, non ſine idonęo ac frequẽti congregationis comitatu: ſic tamen, vt quamminimum interim ceremoniarum adhibeatur. Corpore autem terræ reddito, ac toto confecto negotio, miniſter cum populo ad templum reuertitur: vbi breuis aliqua concio apud plebem de morte ac reſurrectione, quæ maximè inhortandis conſolandíſque auditoribus inſeruiat, inſtituitur.

DE DISCIPLINA seu animaduersione Ecclesiastica.

Cẽsura Ecclesiastica necessitas.

QVum nulla ciuitas, pagus, aut familia sit sine certis proprijsque legibus bene instituta, minus profectò conuenire videtur, vt Ecclesia Dei, cuius quàm purissima esse administratio debet, nulla graui ac constanti morum disciplina contineatur. Siquidẽ vt Verbũ Dei [1] vita veluti est, & anima Ecclesiæ suæ: ita iura hæc ac leges exercendæ disciplinæ in republica Christiana, nerui quasi quidam sunt, quibus seu compagibus totius corporis membra in officio vitæ, ac morum rectitudine aptissima quadam concinnitate succrescãt ac retineantur. Improbos enim à malefício deterret, ac quasi fræno cohibet: ignauos autem & torpentes non secus quàm admoto calcari incitat: omnibus denique paterna ferula est, qua & filios quos amat, leniter castiget, & ab errato reuocatos citius ad meliorem frugem perducat. Itaque facultas quædam est, Ecclesiæ Diuinitus concessa, qua voluntas nostra ac actiones

[1] *Eph. 5. f*

Disciplina quid.

ad Diuinæ ſe Legis obſequium accommodent: id autem partim fit doctrina & hortatione: partim verò correctione ac pœnis in eos conſtitutis, qui contumacius ſe præter officium gerunt. Hanc autem diſciplinam cur in Eccleſiam retinendam ſtatuimus, tres potiſsimùm cauſæ ſuadent. Primùm ne qua infamiæ nota Eccleſia aſpergatur, hoc nomine, quòd aſylũ quaſi quoddam fouendis improbis ſubminiſtrare videatur. Deinde ne malorum conſuetudo, bene inſtitutis moribus, ſcabiẽ fortaſſe contagionis aliquam affricet. Quod genus mali diligenter a[2] Paulo animaduerſum, ea ad Corinthios admonitio egregiè comprobat, qua præcipit, vt inceſtum illum è ſuo conſortio eiicerẽt, cùm intelligant exiguo fermento totam maſſam imbui. Poſtremò vt ſalutari hac ſeueritate manſuefacti effrenes animi, in ordinem redigãtur, atque ad melioris vitæ [3] correctionẽ reſaneſcant. Id autem illud eſt quod Apoſtolus ſatanæ tradere dixit, vt anima eſſet ſalua in die Domini, hoc eſt, vt excommunicatione mulctatus, animus liberetur ab æterno exitio. Hæc inſtitutio atque diſciplina, non vno ſemper modo fit: nam aut priuata eſſe poteſt, aut publica. Si enim ad tuam cognitionem

Cauſæ exercendæ diſciplinæ.

2 *1. Cor. 5. b, gal. 5. b*

3 *2. Theſſ. 3. b, 1. Cor. 5 c*

Diſciplina duplex eſt.

tionem res tantùm peruenit, adeò vt re
solùm aliquis vel vitæ exemplo, vel do-
ctrina sua læserit, diligentem operam na-
uare oportet, vt fratrem primò 4 seorsim 4 Mat.18.b,luc.
admoneas. Quòd si fortasis aut salutari 17.a,iac.5.d,
ter consulenti non auscultet, aut moribus 2.thess.3.d,
in melius non mutatis emendationem mi leu.19.d
nimè præstet, adhibe tecum vnũ aut alte
rũ, vt si adhuc ipsorũ cohortationes repu
diare pergat, iuxta Christi præceptum Ec
clesiæ indicetur, ita vt vel errati confes-
sione in gratiam recipiatur, vel pro crimi
nis atrocitate supplicio afficiatur. Hic au- Cautiones in
tem tria circumpicienda diligenter præ- primata di-
standaque sunt. Vnum, ne quid ex præci- sciplina obser-
piti animi impetu geratur, sed contrà, stu- uanda.
dio quodam in errantem fratrẽ ac amore,
tanquam hi, qui omnibus quidem pro-
desse, obesse autem nemini cupiunt. Se-
cundum verò est, vti persuasum habea-
mus, crimen illud eiusmodi esse, quod
merito verbum Dei redarguat ac damnet.
Tertium denique, vt ea modestia solers
tiaque adhibita, rem pertentemus, vt
si non satis exploratasit, nostra tamen o-
pera, consilio ac sedula adhortatione ho
minem ad erroris agnitionem pertraha-
mus. Sin verò criminis cognitio plures

ad Diuinæ ſe Legis obſequium accommo
dent: id autem partim fit doctrina & horta-
tione: partim verò correctione ac pœnis in
eos conſtitutis, qui contumacius ſe præter
officium gerunt. Hanc autem diſciplinam
cur in Eccleſiam retinendam ſtatuimus,
tres potiſsimùm cauſæ ſuadent. Primùm
ne qua infamiæ nota Eccleſia aſpergatur,
hoc nomine, quòd aſylũ quaſi quoddam
fouendis improbis ſubminiſtrare videa-
tur. Deinde ne malorum conſuetudo, be-
ne inſtitutis moribus, ſcabiẽ fortaſſe con-
tagionis aliquam affricet. Quod genus ma
li diligenter a Paulo animaduerſum, ea ad
Corinthios admonitio egregiè comprobat, qua præcipit, vt inceſtum illum è ſuo
conſortio eiicerẽt, cùm intelligant exiguo
fermento totam maſſam imbui. Poſtremò
vt ſalutari hac ſeueritate manſuefacti ef-
frenes animi, in ordinem redigãtur, atque
ad melioris vitæ correctionẽ reſaneſcant.
Id autem illud eſt quod Apoſtolus ſatanæ
tradere dixit, vt anima eſſet ſalua in die Do
mini, hoc eſt, vt excommunicatione mul-
ctatus, animus liberetur ab æterno exitio.
Hæc inſtitutio atque diſciplina, non vno
ſemper modo fit: nam aut priuata eſſe po-
teſt, aut publica. Si enim ad tuam cogni-
tionem

Cauſæ exercendæ diſciplinæ.

2 *1. Cor. 5. b, gal. 5. b*

3 *2. Theſſ. 3. b, 1. Cor. 5 c*

Diſciplina duplex eſt.

tionem res tantùm peruenit, adeò vt re
solùm aliquis vel vitæ exemplo, vel do-
ctrina sua læserit, diligentem operam na-
uare oportet, vt fratrem primò 4 seorsim Mat.18.b,luc.
admoneas. Quòd si fortasis aut salutari- 17.a,iac.5.d,
ter consulenti non auscultet, aut moribus 2.thess.3.d,
in melius non mutatis emendationem mi- leu.19.d
nimè præstet, adhibe tecum vnũ aut alte-
rũ, vt si adhuc ipsorũ cohortationes repu-
diare pergat, iuxta Christi præceptum Be
ecclesiæ indicetur, ita vt vel erranti confes-
sione in gratiam recipiatur, vel pro crimi-
nis atrocitate supplicio afficiatur. Hic au- *Cautiones in*
tem tria circunspicienda diligenter præ- *priuata di-*
standaque sunt. Vnum, ne quid ex præci- *sciplina obser-*
piti animi impetu geratur, sed contrà, stu- *uandæ.*
dio quodam in errantem fratre ac amore,
tanquam hi, qui omnibus quidem pro-
desse, obesse autem nemini cupiunt. Se-
cundum verò est, vt persuasum habea-
mus, crimen illud eiusmodi esse, quod
merito verbum Dei redarguat ac damnet.
Tertium denique, vt ea modestia soler-
tiaque adhibita, rem pertentemus, vt
si non satis explorata sit, nostra tamen o-
pera, consilio ac sedula adhortatione ho-
minem ad erroris agnitionem pertraha-
mus. Sin verò criminis cognitio plures

complectatur, vnum aut alterum adhibere oportebit, qui illius rei conscii sunt, vt & maiori cum sua vtilitate, & minori etiam cum aliorum offensione corrigatur. Quòd si denique res ad Ecclesiæ ipsius damnum vergat, vt ex illius reticentia in graue aliquod periculum deueniat: tum verò conuenit Ministris ac Senioribus, quibus Ecclesiæ gubernacula commissa sunt, culpam detegere. Publica rursus disciplina suas vicissim cautiones habet: imprimis autem, nequid vsquam prætereant ductores gregis, non aliquo animaduersionis genere castigatum, siquid videant in multitudine, vel exemplo noxium, vel moribus infame, vel professione indignum. Siquis vel auarus, vel adulter, aut periurus, latro, donis corruptus, tenuiorum oppressor, prostitutæ fidei testis, blasphemus, ebriosus, obtrectator, fœnerator, immoriger⁹, seditiosus, impudicus: si qua hæresis pernicax, aut contentio seditiosa, vtpote Papistica, Anabaptistica, seu Libertinorum: quicquid denique sit quod Christianæ Ecclesiæ labem contrahat, imò quicquid ad aliorum vtilitatem & ædificationem non faciat, Ecclesiasticæ animaduersionis cēsurā minimè præterire cōuenit. Porrò nōnunquā vsu

Publica disciplina quas cautiones habet.

Ephes. 5. f

vſu venire poſsit, cùm vlterius adhuc progrediendum ſit, ad virgam illam Apoſtolicam, ad ipſam vſque excommunicationis eiectionem, quæ vltimum quidem ſupplicium Eccleſiaſticæ poteſtatis ſolet eſſe. Eáque locum videtur habere, vbi cætera ſæpe tentata remedia nihil proficiunt. Cæterùm & huius poteſtatis tractatio, itidem vt aliarum fermè rerum vſus, animaduerſiones ſuas habet peculiares. Videndum eſt enim principio, vt dixi, nequid hîc ex præcipiti ſæuitia, aut impetu affectuum geratur. Tum, ne non adhibito Congregationis cõſenſu, expulſione quẽquam feriant. Præterea, ne accliuiores ſint ad eliminandum, quàm recipiendum, ſi modò dignos pœnitentiæ fructus emicare perſentiant. Poſtremò, etſi à Sacramentis, cæteríſque Eccleſiæ muniis quiſpiam prohibetur, concionibus nequaquam tamen interdicendus eſt, quo locus & facultas reſipiſcendi relinquatur. Iſtáque omnia tum demum optimè fient, ſi extra verbi Dei limites in admonendo corrigendóue non excurramus: ſed omnes noſtras actiones ad eam quaſi Cynoſuram intentas, humanitatis quodam affectu condiamus.

In excommunicatione quid obſeruandum.

Verbum Dei diſciplinæ certiſsima regula.

DE ELIGENDIS Ministris.

Quæ sequũtur typographi alioqui incuria prætermissa in fol. 28. conijci debent, vt ex indice cõstat.

Quæ potissimum in pastore aut ministro exigenda.

QVi eligendus est, in eo diligenter expendat[1] ecclesia, vt eam imprimis in vita præstet synceritatem, quæ prorsus ab omni[2] reprehensione immunis sit ac libera, quæque ab his viciis quàm longissimè absit, quæ in ministro taxat Apostolus Paulus. Rursus neque id satis, vt omni vacet crimine, nisi his insuper dotibus, ac ornamentis Euangelicis instructus accedat, quæ tanto administrando muneri abundè respondeat. Secundò, postquam illum satis ad hunc modum idoneum parémque prouinciæ deprehẽderit ecclesia, videat insuper vt fideliter nauata opera, diligentem se præstet in iis, quæ curæ illius subiiciuntur. Primùm vt[3] fideli dispensatione, è penu Scripturarum non oscitanter depromat Diuini verbi salutares escas. Deinde vt sacramenta ipsa pari vicissim cum synceritate administret, assidua cura in hoc[4] intentus, vt non publicè modò plebem Dominicam instituendam curet, sed vt priuatim insuper quémque

1 *Act. 1. d, 13. a, 14. f*

2 *1. Tim. 3. a, 2. tim. 2. b, 4. a, eze. 33. a, ier. 3. d, ioh. 21 c, isa. 62. c, 1. cor. 9. d*

3 *2. Tim. 2. c, 1. pet. 4. c, mat. 26. c, 28. d, 1. cor. 1. c*

4 *Act. 20. d, 2. tim. 4. a*

quémque pro cuiuſque rei & tẽporis opportuna ratione, cõmoneat: nam id ita exiſtimet, ſiquid ſua hîc vſquam negligentia [5] pereat, ſibi reddendam eſſe eius rei rationem Domino, ad quem ſimul & ſors & vſura ſpectat. [5] Ezech.3.d, 2.cor.9.c

Quibus in rebus præcipuum miniſtri officium ſit ſitum.

QVoniam cæleſtis doctrinæ prędicatio Diuina quædam res eſt, talíſque quæ nullis huius vitæ prophanis [1] curis intermiſceri, aut implicari debeat: ac propterea Paulus eos æſtimari iubeat, vt [2] miniſtros Chriſti, ac diſpẽſatores ſermonum Dei, non gregis [3] dominos aut proceres, vt eſt apud Petrũ: meminerit igitur iſte prędipuas ſuæ functionis partes in annũciando Dei verbo [4] atque adminiſtrandis ſacramẽtis verſari. In cõſultationibus autem, iudiciis, electionibus, cæterſíque politicæ curę negotiis, [5] concilio quantum queat, authoritate nihil pręmineat. Si qua cõgregationi iuſta videatur cauſa, cur Eccleſiaſtica proſcriptione vtendum ſit, aut proferenda excommunicatio, miniſtri intereſt, ſententiam iuxta [6] congregationis præſcriptum, decretum enunciare, vt [7] omnia decenter & ordine fiant. [1] 1.Cor.9.e, act.6.a, Iac. 12.c [2] 1.Cor.4.a, 2.cor.4.b [3] 1.Pet.5.a, 2. cor.1.d, mat. 20.d [4] Mat.26.c, 28. d, mal.2.a, 1.pet.4.c, act. 3.c, 16.f, 1.tim. 1.d, 15.a [5] Act.20.e.f, 1.cor.4.b [6] 1.Cor.5.b [7] 1.Cor.14.g

DE CONSCRIBENdis Paſtoribus formula.

COlle&ta Eccleſiaſticæ congregationis
1 in vniuerſitate, ſimúlque expoſita con-
Act.14.d, tit. 1.b, act.1.d ueniendi cauſa, Miniſtri ac ſeniores, popu
lum de eligendo Miniſtro ſubmonent,
eoſdémque etiam officii cõmonefaciunt,
vt talem ſcilicet ſubrogent, qui maximè
videbitur amplificandæ Dei gloriæ accõ-
modus. Quòd ſi plures in electionem ca-
dũt, certo aliquo quo videbitur die, Mini
ſtri ac ſeniores, ex conſenſu Eccleſiæ ac-
curatè explorant duos trésue: vt eo dele&u
habito, facilius cognoſcant quiſnam ſit
2 ad id muneris maximè appoſitus. Primùm
1.Tim.3.a, tit. 1.b verò vtrùm aptus ſit ad docendum[1] ſanam
quam ipſe didicit doctrinam, quærunt: id
quod propoſita theſi aliqua ad extempo-
raneam dictionem facilè deprehendunt.
Secũda cura eſt, anteactæ vitæ & morum,
an videlicet caſtè & integrè præteritum
ætatis tempus confecerit: vt nec vllam i-
3 gnominiæ labem ſuſtineat, nec propter e-
Rom.2.d, iac. 1.d, 1.ſam.2.e, 2.tim.5.d um, verbum Dei apud alios[2] malè audiat.
Quod cùm præſtiterint, Eccleſiæ ſubindi
cant, cuius dotes magis ex vſu fore cen-
ſent.

ſent. Interim dies minimum octo communibus ſuffragiis deſignant: quibus nulli non liberum erit, de educatione ſua ac moribus percontari: & ſiquid in illo quod minus placeat, videbitur, ſuam ſententiam liberè exponere. Quo etiam tempore Miniſter quoque ſingulos hortatur, vt[4] ieiunio ac precibus apud Deum quàm enixiſsimè enitentes talem ab eo impetrent, qui ſuæ Diuinæ voluntati optimè ſatisfaciat, & Eccleſiæ commodo quamdiligentiſsimè ſtudeat. Interea verò ſi aliquis fortè crimen contra eum intentet, cuius vel certis indiciis conuincatur, vel ſe reum confitentem ei præbeat, loco amouetur, & alter ſufficitur. Sin verò inueniatur nihil in eo offenſione dignum, die conſtituto Miniſter aliquis concione ſua antemeridiana eum deintegro Eccleſiæ commendat, ſimúlque munus eius accuratè explicat. his ritè geſtis ſtatim à concione pomeridiana, ad ſuffragiorum diſquiſitionem hortatur. cui negotio Eccleſiaſtes[5] oratione ad inſtitutum accommodata præit: ea autem re cõfecta, rurſus[6] gratias agit Deo, ac ea poſtulat, quæ dehinc ad functionis ſuæ rationem pertineant. Deinceps Pſalmo finito populus dimittitur.

4 Act. 13. a, 14 d, hic. 2. c

5 1. Co. 10. g, col. 3. c, mat. 9. d

6 1. Theſ. 5. c, col. 4. a, eph. 5. d, phil. 1. c

DE OFFICIO atque electione Seniorum.

[1] *Num.11.c,act. 14.d,16.a,20. d,rom.12.b, eph.4.c,1.cor. 12.d,1.tim.5.b, 1.pet.5.a*

SEniores, [1] viros cumprimis pios, vitáque integra ac inculpata, Ecclesiæ procurandæ solicitos, solertes ac ex animo Deũ timentes esse oportebit, quorũ officii fuerit (quod ex Scripturis liquere poterit) ministris pariter communi ope adesse in consiliis, in admonendo, corrigendo, denique in gubernandis & constituendis totius ecclesiæ rebus. Hi autem à reliquis ministris, verbi tantùm prædicatione, atque administratione Sacramẽtorum differũt. In conuocando verò populo, neque hi sine ministris, nec ministri absque his aliquid tentare audeant. Quòd si quis ex iusto numero defuerit, réque postulet electionem, præmonetur prius à ministro omnium nomine populus, eámque formam quæ superius in deligendo ministro obseruata est, iubetur subsequi.

De

DE DIACONIS, horumque officio ac electione.

Diaconos similiter bene audiētes, pios, misericordiæ affectu propēsos, prudētes atque illis denique doribus instructos, quas Paulus describit, consentaneum fuerit. Ad horum spectat officium, vt eleemosynas à plebe recipiāt, easdémque erogādas cùm adhibito ministrorum ac seniorū consensu in egenos cutent: vtque solicitam agant curam pauperum & languentium: cauentes interim ne aliorum beneficentiam in ignauos homines ac otiosos ventres profundant. Horum autem electio vt superius constat.

1 Act. 6. a. 1. tim. 3. b

2 Rom. 12. b

3 2. Thess. 3. b

Quartum adhuc genus ministrorū Scripturis sacris Ecclesiæ proponi neminiesse potest obscurū: quorū vsus perneccssarius esset, vbi cætera cōueniunt, verùm tamen in hoc nostro exilio ablata opportunitate, quanquā ægrè, carere tamen necesse est. Quod cùm præstantissimū Dei sit beneficium in ecclesiam suam, optandū esset, profectò vt sūmo in honore haberetur

ab his quorum rationes maximè patiuntur. hoc autem genus ipsum Ministrorum Scriptura sacra vsitato nomine [1] doctores appellat: quorum hoc munus est, cæteros vt doceãt purè ac solidè Dei oracula: summopere in id incumbentes, ne Euangelii splendor & integritas aut ignorantiæ tenebris offundatur, aut falsis opinionibus violetur ac corrumpatur. Sed quæ horum temporum est conditio, sub hoc titulo cõplectimur ea adiumenta & facultates quas Deus ad conseruandum Ecclesiæ suæ statum ac dignitatem reliquit: vt nec illa deficeret propter doctorum hominum inopiam, nec hi non suppeterent, propter ignauiam præceptorum. Vt igitur propius ad vsum nostrum ista accommodemus, vsitato quidem, & fortasse non inepto vocabulo scholas nostro more dixerimus. In quibus summus dignitatis gradus est, ac proximè verbi ministerio adiunctus, sacræ Scripturæ interpretatio, quæ veteri & nouo Testamento constat. Quum autem hanc interpretandi artẽ absque linguarum cognitione, atque bonarum artium scientia consequi nemo possit (miracula enim frustra iam quærimus) sementem aliquam facere oportet, quò melius in posterum prospiciatur Ecclesiæ, ne eam posteri de-

[1] Eph. 4. c. 1. co. 12. d.

reli-

relictam & incultam accipiant. Aperiẽdæ etiam scholæ sunt, collegia conseruanda, atque iustis stipendiis ornanda: in quibus probè ingenuéque educata iuuentus, in rectæ religionis cognitione, Desque timore, in viros doctos atque perfectos euadãt: vt tanquam Iesu Christi viua membra, siue rempublicam administrent, siue Ecclesiasticam procurationem suscipiant, siue aliis pareant, in quorum imperio futuri sũt, publicis rationibus vtilissimi: sed imprimis Dei gloriæ studiosissimi habeãtur.

DE MINISTERII conuentu.

VT suus honos & laus Verbo Dei perpetuò seruetur integra, vtque nonnullorum [1] improbitas & turpitudo illius administrationi nullam infamiam aut damnum afferat, quin & subnascentia vitia, ne dissipentur [2] latius, maturè resecentur: effectum est, vt singula quarta hebdomadis die, Verbi ministri cum reliquo collegio in suo consessu diligenter [3] dispiciant & explorent: non errata solùm & vitia quæ cernunt, sed suspiciones ipsas & occasiones, quæ ad malum aliquod spectare, aut Ecclesiam in inuidiam vocare videantur.

1 Ro.2.d, ezech. 36.e, esa.52.b

2 2.Tim.2.e

3 1.Cor.5.b

Cuius rei animaduersio, cum non ad plebem tantùm pertinet, vt si quid ab ipsorū quoquā delinquatur, statim plectatur, dū aliis datur venia: sed multò magis ad eos, quibus Ecclesiæ negotium mādatur & creditur: hæc duo præcepta omnino teneant: vnum, vt totum corpus Ecclesiæ sic curet, vt ex æquo omnibus prospiciant, ne cùm in partem aliquā animaduertant, reliquis autem licentiam concedentes, ad ipsorum maleficia cōniueant, vt meritò in probri illius reprehensionem incurrant, Dat veniam coruis vexat censura columbas. Nihil enim turpius aut fœdius in omni vita: sed in hoc genere præcipuè, quàm æquam rerum gubernationem, Ecclesiq́ue (cuius caput Christus est) procurationem suscipere, eámque nostræ fidei commissam non solùm ocsitanter administrare: sed vel propter ignauiam deserere, vel propter perfidiā prodere. Alterum, vt prouideant hi, qui sibi hoc sumpserūt, vt mores aliorum corrigant, peccata reprehendant, rationem vitæ ab altero repoſcant: vt non solùm ipsi ab iis se abstineant maximè vitiis, quæ in aliis vindicauerint, sed etiam vt omni ignominiæ labe careant, quò possint melius vitæ suæ rationem reddere, ne alioqui id in eos congruat, quod seruator Chri-

Christus acriter in Pharisæis vituperat, qui festucam quidem in alterius oculo cernerent, ingentem autem trabem ex proprio non eximerent. Et quoniam corporis lucidissima pars est oculus, minister certè, qui oculi vice cæteros illuminare debet, non potest aliqua macula non infici, vt non eadem opera, verbo Dei, cuius dispensator existit, summam infamiæ notam inurat. Quocirca scire conuenit, quædam esse vitia, quæ si in ministro aliquo deprehendantur, statim à functione amoueri debet, cuiusmodi est hæresis, Papismus, schisma, blasphemia, periurium, fornicatio, furtū, ebrietas, vsura, pugnæ, illiberalis ludus, vt aleæ, chartæ, & id genus alia. Alia verò sunt eiusmodi, vt licet permitti non debent, tolerari tamen aliqua ex parte possunt, modò admonitus extemplò resipiscat: vtpotè ratio tractandi Scripturas curiosa magis quam vtilis, friuolæ item quæstiones, negligentia tam in concionibus, quàm in reliquis studiis, ac rebus suis, vrbanitas scurrilis, adulatio, mendacium, obtrectatio, facetia, obscœnitas, fraus, auaritia, ioci, scommata, luxus circa vestitum, gestum, aut alias actiones: quæ cum in nemine reprehensione careant, in eo præsertim,

Mat. 7. a. luc. 6. f. rom. 2. c

Mat. 6. e. luc. 11. c

qui reliquis probitatis ac virtutis [6] exemplar esse debet, non modò non ferenda sunt: sed si admonitionibus ex [7] verbo Dei factis non cedit, seuerè etiam animadvertenda.

6 Mat.5.b.mar.9.c

7 Mat.17.a.iac.5.d

DE SCRIPTVRIS interpretandis.

Singulis quibusque septimanis in vnum pariter ab Ecclesia conuenitur, ad [1] enarrandum aliquem Scripturæ locum, qua in materia cuique liberum erit, vel sciscitando perquirere, vel scrupum iniicere, vel quicquid illi suggesserit Spiritus sanctus, proponere, modò citra peruicaciam ac cõtumeliam, modò discendi potius quàm contendendi studio. Quòd si efferuescere vltra modestiæ lineas videbitur disputandi pertinacia, hi qui regendæ diatribæ moderatores præficiuntur, vel argumentis satisfacient antagonistæ, aut si pergat immoderatius sophisticari, amicè hominem ad silentium cohortantes, controuersiam ipsam ad Ministrorum cõsessum referent.

1 1.Corin.14.a, 1.thes.5.d.eph. 4.b.1.cor.12.d

Hic adijcere solemus Psalmos Anglicè traductos, at Genuensem Catechismum, quem iam Latinè totiet æditum non necessè putauimus hoc loco attexere.

τέλος.